# DE

# CRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS

LIBER UNUS

m adjunctis Indicibus undecim, & brevi Chronologia ab Orbe condito uſque ad annum M. DC. XII.

AUCTORE

# OBERTO CARDINALE ELLARMINO

Editio noviſſima prioribus emendatior & plurimis Scriptoribus, juxta exemplar ab ipſo Auctore quondam recognitum, auctior,

Ampliatione Chronologiæ uſque ad Annum M. DCC. XVIII.

BRUXELLIS,
Typis, JOANNIS LEONARD, Bibliopolæ
Viâ Aulicâ 1719.

*Cum Approbationibus Cenſorum.*

Digitized by Google

# PRÆFATIO
## AD LECTOREM.

ANte annos circiter quadraginta, cum me ad Sacram Theologiam in Scholis explicandam omparararem ; in lectionem veterum criptorum non indiligenter incubui; um ut eorum doctrinam haurirem, um ut legitima, & vera eorum opera à falſis, & ſuppoſititiis ſepararem. taque ſcripſi libellum de Scriptoribus Eccleſiaſticis, additâ cenſurâ, quâ notabam, quæ illorum opera eſſent certa, quæ dubia, quæ manifeſtè ſuppoſititia. Hic meus liber me partim neſciente, partim etiam nolente, & prohibente, ad manus multorum devenit. Quare ne forte poſt obitum meum in ucem edatur imperfectus, & mutilus, ut ſolent ejuſmodi libri frequenter emitti;

Digitized by Google

eum in hac mea ultima ætate reco[g-]
novi, expolivi, & auxi, atque in luce[m]
dare conſtitui, ut vel communi utilit[a-]
ti deſerviat, vel ſaltem inemendatu[s]
& imperfectus neminem offendat. Pr[o-]
poſitum autem mihi in hoc opere fu[it]
non omnes omnino Scriptores in C[a-]
talogum redigere: ſed eos tantum,
qui de rebus Eccleſiaſticis quoquo mo-
do tractant. Itaque Scriptores Ethnici,
& qui de rebus tantum profanis, aut
etiam honeſtiſſimis quidem, ſed poli-
ticis, & humanis agunt, quales ſunt le-
gum Civilium Tractatores, Philoſophi,
Medici, Oratores, Poëtæ, Hiſtorici,
Mathematici, locum in hoc Catalogo
non habebunt. Ac ne omnes quidem
Scriptores Eccleſiaſtici ad meum Ca-
talogum pertinebunt, ſed illi ſolùm,
quorum opera adhuc ſuperſunt. Pluri-
mi enim ſunt Scriptores optimi, quo-
rum opera perierunt. Quos auctores
poterit lector apud ſanctum Hierony-
mum, Euſebium, Gennadium, ſanctum
Iſidorum, Photium, Honorium, Sig-
ebertum, ac Trithemium facilè reperire.

Digitized by Google

Denique non omnes Scriptores Eccleſiaſtici, quorum libri extant, in Catalogo meo ponentur: ſed ii tantum, qui ab anno milleſimo quingenteſimo ante *Chriſti* adventum, uſque ad annum *Chriſti* milleſimum quingenteſimum, id eſt, à Moſe primo Scriptore Eccleſiaſtico uſque ad noſtrum ſeculum, ſapientiæ Eccleſiaſticæ laude floruerunt. Omiſi enim Scriptores noſtri ſeculi, non quod nulli, aut pauci, aut obſcuri ſint; ſed quod penè innumerabiles ſint, & ſatis noti hominibus doctis; & quod nulli ſint libri quod ſciam, illis falſo ſuppoſiti, ob quorum diſcretionem à legitimis, & germanis, hunc laborem præcipuè ego ſuſcepi. Si quis tamen cupiat hos etiam auctores cognoſcere, habet Antonium Poſſevinum noſtrum, qui in ſuo apparatu Sacro tribus tomis diſtincto, Scriptores penè omnes, veteres, & recentiores, per alphabeti ordinem enumeravit. Quia vero in hoc Catalogo ſolius temporis rationem habui, & miſcui Theologos cum Juris Canonici peritis; &

Digitized by Google

hiſtoricos Eccleſiaſticos cum Oratoribus, & Poëtis ſacris: propterea ad majorem lectorum commoditatem, ſubjeci Indices decem, præter Indicem Alphabeticum, qui ad finem operis ponitur. *In primo* Indice erunt Explanatores ſacræ Scripturæ. *In ſecundo* ii, qui ſcribunt adverſus Hæreſes. *In tertio* Doctores Scholaſtici. *In quarto* ſacrorum Canonum collectores, vel expoſitores. *In quinto*, qui caſus conſcientiæ tractant. *In ſexto* Oratores Chriſtiani. *In ſeptimo* Poëtæ, qui res ſacras canunt. *In octavo* hiſtorici Eccleſiaſtici. *In nono* Chronologi item Eccleſiaſtici. *In decimo*, qui pios libellos ad alendam animi devotionem ſcribunt. Adjeci quoque ad finem operis brevem Chronologiam ab Orbe condito uſque ad noſtra tempora, ut omnes intelligant, quid ſecutus ſim, cum ſua tempora Prophetis, atque aliis Scriptoribus aſſignavi. Illud poſtremo admonendum eſſe cenſui, me in hoc Catalogo non poſuiſſe Pontifices Romanos, qui ſolas epiſtolas

Digitized by Google

ediderunt, niſi quando probabile fuit, eas epiſtolas ab ipſis vel dictatas fuiſſe vel ſcriptas. Siquidem epiſtolæ Pontificiæ, ut plurimum, non partus ſunt ingenii Pontificum, ſed eorum, qui ab epiſtolis illis ſunt. Certè ſanctus Hieronymus in Epiſtola ad Geruntiam de Monogamia, teſtatur ſe juviſſe Damaſum Pontificem in chartis Eccleſiaſticis; & Orientis, atque Occidentis Synodicis conſultationibus reſpondiſſe. Ex quo intelligimus, epiſtolas illas partum ingenii Hieronymi fuiſſe, non Damaſi. Sanctus quoque Gregorius auctor eſt inſignis epiſtolæ, quæ ſub nomine Pelagii ſecundi Pontificis habetur, poſt quintam Synodum generalem. Erat enim tunc ſanctus Gregorius Pelagii Papæ Diaconus, eumque juvabat in chartis Eccleſiaſticis, ut Hieronymus Damaſum. Conſtat etiam epiſtolam Alexandri III. Pontificis ad Soldanum Iconii, non ab Alexandro, ſed à Petro Bleſenſi fuiſſe compoſitam. Quod idem de multis aliis affirmare poſſumus.

Digitized by Google

# DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS TESTAMENTI VETERIS.

## *DE MOYSE.* 2483.

MOyſes Propheta ſanctiſſimus, & vetuſtiſſimus, & primus inter Scriptores Eccleſiaſticos, natus eſt, ſecundum meum computum, anno bis milleſimo quadringenteſimo tertio ab initio Mundi. Vixit annis centum viginti. Anno octogeſimo vitæ ſuæ ſuſcepit juſſu Dei Principatum Hebræorum, id eſt, anno mundi 2483. obiit anno mundi 2523. Scripſit Pentateuchum, id eſt, quinque volumina, quorum nomina ab Hebræis ſumuntur à primis verbis librorum.

Itaque primum vocant *bereſcit*, ideſt, in principio.

Secundum, *ve elle ſemot*, id eſt, Hæc ſunt nomina.

Tertium, *Vaicra*, id eſt, Vocavit autem.

Quartum, *Vaiedabber*, id eſt, Locutuſque eſt.

Quintum, *elle addebarim*, id eſt, Hæc ſunt verba.

Græci, & Latini denominant hos libros à materia, de qua agitur in principio libri, & quidem primum librum vocant Geneſim, quia initio ſcribitur generatio cœli, & terræ, & reliquarum rerum creatarum.

Exodum vocant librum ſecundum, quia initio deſcribitur egreſſio filiorum Iſraël de Ægypto. Exodus enim egreſſum ſignificat.

Tertium vocant Leviticum, quoniam in eo de-



Digitized by Google

ſcribitur officium Levitarum circa tabernaculum, ſacrificia, & alia id genus.

Quartum vocant Numeros, quoniam initio libri numeratur multitudo filiorum Iſraël per tribus, & familias ſuas.

Quintum vocant Deuteronomium, quaſi ſecundam legem, quoniam in eo reperitur, & explanatur lex Domini data in Monte Sina.

Ex his libris intelligi poteſt, Moyſem fuiſſe virum doctiſſimum, non ſolùm in omni ſapientia Ægyptiorum, ut dicitur à ſancto Stephano Actor. 7. ſed etiam in arte Hiſtorica, Poëtica, Oratoria, Morali, & Theologica. Scribit enim Hiſtoriam, Genealogias, & res geſtas Patriarcharum ab orbe condito, uſque ad exitum filiorum Iſraël de Ægypto, id eſt, ab initio temporum uſque ad annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum tertium, imò etiam uſque ad obitum ſuum, id eſt, uſque ad annum bis milleſimum quingenteſimum vigeſimum tertium. Quæ autem poſt mortem ipſius Moyſis ſcribuntur in extremo capite Deuteronomii, addita ſunt, vel à Joſue, vel ab Eſdra, vel ab alio aliquo Propheta.

Quod etiam Poëta inſignis fuerit Moyſes, teſtantur duo cantica ipſius, alterum Exod. 15. alterum Deuteronom. 32. De arte ipſius Oratoria teſtatur Oratio, quam ſcribit ſub nomine Judæ ad Joſeph. Geneſ. 44. & alia ipſius Moyſis ad Deum. Num. 14. & exhortationes, vel reprehenſiones ad populum. De ſcientia Morali, & peritia legum condendarum, non tàm proprio ingenio, quam inſpiratione divina, teſtis eſt magna pars Exodi, Levitici, & Deutoronomii. Denique de myſteriis Theologiæ, ſub figura Arcæ fœderis, & veſtium ſacerdotalium, & totius tabernaculi, teſtis Philo Hebræus, qui has allegorias ſubtiliſſimè explanavit.

Scripſerunt vitam Moyſis Philo ex Iudæis, & Gre-

Digitized by Google

gorius Nyſſenus ex Chriſtianis. Tribuuntur Moyſi pſalmi undecim à S. Hieronymo, & aliis: ſed probabiliorem exiſtimavi ſententiam S. Auguſtini, & aliorum, qui totum pſalterium Davidis eſſe volunt. De qua re *ſcripſi* in præfatione Pſalmorum.

## *De Job.*

JOB, ad miraculum uſque ſanctus, & doctus, ante Moyſem vixit. Nam ex ſententia Græcorum, & multorum Latinorum, fuit tertius ab Eſau, & quintus ab Abraham. Moyſes autem fuit quartus à Iacob, & ſextus ab Abraham. Sed ex ſententia Hebræorum, & ſancti Hieronymi in quæſtionibus Hebraïcis, Job non deſcendit ab Eſau, ſed à Nachor fratre Abrahæ; & fuit tertius à Nachor fratre Abrahæ, ac per hoc multò antiquior Moyſe. Quod etiam ex ætate colligitur: Job enim vixit centum quadraginta annis poſt plagas, ut dicitur in fine libri, & antea vixerat multos annos cùm ſeptem filios, & tres filias genuiſſet. Quare non malè S. Iſidorus in lib. de vita & morte Patrum cap. 24. ſcribit, Job vixiſſe 248. annos, ad quam ætatem Moyſis tempore nemo perveniebat. *Mihi ſententia S. Hieronymi ſemper viſa eſt probabilior*, tum propter diſtantiam ætatis, ut diximus: tum quia pronepos ille Eſau, non dicitur Job, ſed Jobab, ut notum eſt ex Gen. cap. 36. quo nomine nunquam vocatur Job, neque in libro Job, neque apud Ezechielem cap. 14. neque Tobiæ primo, neque Jacobi quinto, in quibus ſolis locis fit mentio S. Job. Ac ut magis appareat differentia: ſciendum, ſanctum Job, ita ſcribi Hebraicè איוב pronepotem autem Eſau, ita ſcribi יובב ubi differentia eſt in ipſis radicalibus litteris. Quod autem aliqui reſpondent, litteram aleph, aliquando excidere, & nomina ſæpè, contrahi; non magni momenti eſt. Nam litteræ radicales non ſolent excidere: & ſi, Job, eſſet nomen



Digitized by Google

contractum, aliquando legeretur integrum in libro, ubi paſſim nominatur: nuſquam autem legitur, niſi Job.

At contra objicitur argumentum ex editione 70. Interpretum. Habetur enim in ea editione appendix ad finem libri Job, in qua dicitur, Iobum fuiſſe de filiis Eſau, & quintum ab Abraham. Sed ea appendix non videtur de textu 70. ſed ab aliquo addita: alioqui non ita liberè à ſancto Hieronymo rejiceretur. Sed quidquid de hoc ſit, auctorem libri Job ſanctus Iſidorus lib. 6. Originum cap. 2. ſcribit fuiſſe Moyſem, aut ipſum Job, aut alium ex Prophetis. Et quidem non pauci contendunt, auctorem libri fuiſſe Job, ſed non pauciores volunt fuiſſe Moyſem.

Mihi utraque ſententia videtur vera, ſi ita dicamus, ab ipſo Job fuiſſe annotatas res ejus geſtas lingua Arabica: ſed à Moyſe fuiſſe poſtea ex volumine Job compoſitum librum, quem nunc habemus, linguâ Hebraicâ, addito principio, & fine, id eſt, additis illis verbis, Vir erat in terra Hus, nomine Job, ſimplex & rectus, & timens Deum, & recedens à malo; & ad finem additâ morte ipſius.

Quod autem liber, qui nunc extat, ſit Moyſis potius, quam Job; ideo mihi perſuadeo, quia & Hebræi doctores ita ſentiunt, & rationes non contemnendæ pro hac ſententia poſſunt adferri.

Primum enim ſi Job eſſet auctor libri, qui nunc extat, primus ſcriptor ſacer eſſet Job, non Moyſes. iam enim ex ætate oſtendimus, & ex ipſa ſcriptura, Iobum fuiſſe antiquiorem Moyſe. At communi conſenſu, Moyſes eſt primus ſcriptor Eccleſiaſticus.

Deinde ſi Job eſſet auctor libri hujus, non eſſet hic liber in canonem ſcripturarum ab Hebræis admiſſus, Job enim non fuit de filiis Iſraël, ſed Idumæus, vel Arabs; Idumæi autem, & Arabes pro hoſtibus habebantur ab Hebræis.

Digitized by Google

Præterea liber Job Hæbraicè ſcriptus eſt, non Syriacè, vel arabicè, quamvis aliqua vocabula Arabica in eo legantur, præſertim quando introducuntur loquentes amici Job: at Job, non Hæbraicè ſcripſit, ſi *quid* ſcripſit, ſed lingua ſua. Quod ſi non eſt Job auctor libri hujus, nulli melius tribui poteſt hoc *opus*, quàm Moyſi, qui fuit temporibus Jobi. Quod enim quidam dicunt, auctorem *hujus* libri *eſſe* Salomonem, ex auctoritate ſancti Gregorii Nazianzeni Oratione ad Iulianum exactorem tributorum, non magnifaciendum eſt; nam ſanctus Gregorius non dicit, Salomonem eſſe auctorem libri Job, ſed ſolùm citat ſub nomine Salomonis quædam verba, quæ habentur apud Job cap. 3. Sed facilè fuit, ut ſanctus Gregorius ex lapſu memoriæ verba unius auctoris tribuerit alteri: præſertim cùm eo loco verbis, quæ ſunt apud Job, adjunxerit etiam alia, quæ non ſunt apud Job.

## *De Joſue.* 2523.

Iosue filius Nun, ſucceſſor Moyſis fuit in principatu Hebræorum anno mundi 2523. qui populum *poſt obitum Moyſis rexit annis 26. & obiit* anno centeſimo decimo vitæ ſuæ, ut habetur in ultimo capite Joſue. Quis auctor fuerit libri Joſue, non eſt omninò certum. Nam S. Athanaſius in Synopſi rectè monet ex nomine libri non neceſſario colligi auctorem, ſed materiam. Dicitur enim liber Joſue, quia continet res geſtas Joſue: & eodem modo dicuntur libri alii, vel Iudicum, vel Ruth, vel Regum, vel Tobiæ, aut Iudith, aut Eſther, aut Machabæorum. Theodoretus in lib. de quæſtionibus in Joſue, exiſtimat, librum Joſue ſcriptum ab auctore Anonymo, qui ſcripſit librum juſtorum, de quo dicitur Joſue 10. Nonne ſcriptum eſt hoc in libro juſtorum? Sed hoc argumentum nihil efficit. Nam non agitur eo loco, niſi de ingenti illo prodigio, quo



Digitized by Google

7.19

SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.

CHRISTO ET ECCLESIAE

THE BEQUEST OF

CHARLES PICKERING, M.D.,

OF BOSTON, MASS.

(Class of 1823.)

Received Nov. 18th,

1879.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# DE
# CRIPTORIBUS
## ECCLESIASTICIS
### LIBER UNUS

m adjunctis Indicibus undecim, & brevi Chro-
nologia ab Orbe condito uſque ad annum
M. DC. XII.

AUCTORE

# OBERTO
## CARDINALE
# ELLARMINO

Editio noviſſima prioribus emendatior & pluri-
mis Scriptoribus, juxta exemplar ab ipſo
Auctore quondam recognitum, auctior,

Ampliatione Chronologiæ uſque ad Annum
M. DCC. XVIII.

BRUXELLIS,
Typis, JOANNIS LEONARD, Bibliopolæ
Viâ Aulicâ 1719.

*Cum Approbationibus Cenſorum.*

Digitized by Google

~~IX-804~~
C. 7. 19
1879, Nov. 18.
Pickering bequest.

Digitized by Google

# PRÆFATIO
## AD LECTOREM.

ANte annos circiter quadragin-
ta, cum me ad Sacram Theo-
logiam in Scholis explicandam
omparararem ; in lectionem veterum
criptorum non indiligenter incubui;
um ut eorum doctrinam haurirem,
um ut legitima, & vera eorum ope-
a à falſis, & ſuppoſititiis ſepararem.
taque ſcripſi libellum de Scriptoribus
Eccleſiaſticis, additâ cenſurâ, quâ no-
abam, quæ illorum opera eſſent cer-
a, quæ dubia, quæ manifeſtè ſuppo-
ititia. Hic meus liber me partim neſ-
ciente, partim etiam nolente, & pro-
ibente, ad manus multorum devenit.
Quare ne forte poſt obitum meum in
ucem edatur imperfectus, & mutilus, ut
ſolent ejuſmodi libri frequenter emitti;

Digitized by Google

eum in hac mea ultima ætate reco
novi, expolivi, & auxi, atque in luce
dare conſtitui, ut vel communi utili
ti deſerviat, vel ſaltem inemendatu
& imperfectus neminem offendat. Pr
poſitum autem mihi in hoc opere fu
non omnes omnino Scriptores in C
talogum redigere : ſed eos tantum
qui de rebus Eccleſiaſticis quoquo m
do tractant. Itaque Scriptores Ethni
& qui de rebus tantum profanis, a
etiam honeſtiſſimis quidem, ſed po
ticis, & humanis agunt, quales ſunt l
gum Civilium Tractatores, Philoſoph
Medici, Oratores, Poëtæ, Hiſtoric
Mathematici, locum in hoc Catalog
non habebunt. Ac ne omnes quide
Scriptores Eccleſiaſtici ad meum Ca
talogum pertinebunt, ſed illi ſolum
quorum opera adhuc ſuperſunt. Plur
mi enim ſunt Scriptores optimi, quo
rum opera perierunt. Quos auctore
poterit lector apud ſanctum Hierony
mum, Euſebium, Gennadium, ſanctu
Iſidorum, Photium, Honorium, Sig
ebertum, ac Trithemium facilè reperir

Digitized by Google

Deniquenon omnes Scriptores Eccleaſtici, quorum libri extant, in Catalogo meo ponentur: ſed ii tantum, qui b anno milleſimo quingenteſimo ante Chriſti adventum, uſque ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum, id eſt, à Moſe primo Scriptore Eccleſiaſtico uſque ad noſtrum ſeculum, ſapientiæ Eccleſiaſticæ laude floruerunt. Omiſi enim Scriptores noſtri ſeculi, non quod nulli, aut pauci, aut obſcuri ſint; ſed quod penè innumerabiles ſint, & ſatis noti hominibus doctis; & quod nulli ſint libri quod ſciam, illis falſo ſuppoſiti, ob quorum diſcretionem à legitimis, & germanis, hunc laborem præcipuè ego ſuſcepi. Si quis tamen cupiat hos etiam auctores cognoſcere, habet Antonium Poſſevinum noſtrum, qui in ſuo apparatu Sacro tribus tomis diſtincto, Scriptores penè omnes, veteres, & recentiores, per alphabeti ordinem enumeravit. Quia vero in hoc Catalogo ſolius temporis rationem habui, & miſcui Theologos cum Juris Canonici peritis; &

Digitized by Google

hiſtoricos Eccleſiaſticos cum Orato-
bus, & Poëtis ſacris: propterea
majorem lectorum commoditatem, ſ
jeci Indices decem, præter Indi
Alphabeticum, qui ad finem o
ponitur. *In primo* Indice erunt E
natores ſacræ Scripturæ. *In ſec*
ii, qui ſcribunt adverſus Hæreſes
*tertio* Doctores Scholaſtici. *In q*
*to* ſacrorum Canonum collectores
expoſitores. *In quinto*, qui caſus c
cientiæ tractant. *In ſexto* Orat
Chriſtiani. *In ſeptimo* Poëtæ, qu
ſacras canunt. *In octavo* hiſtorici
cleſiaſtici. *In nono* Chronologi i
Eccleſiaſtici. *In decimo*, qui pios li
los ad alendam animi devotionem
bunt. Adjeci quoque ad finem
ris brevem Chronologiam ab
condito uſque ad noſtra tempora
omnes intelligant, quid ſecutus
cum ſua tempora Prophetis, at
aliis Scriptoribus aſſignavi. Illud
ſtremo admonendum eſſe cenſui,
in hoc Catalogo non poſuiſſe P
tifices Romanos, qui ſolas epiſto

Digitized by Google

derunt, niſi quando probabile fuit, epiſtolas ab ipſis vel dictatas fuiſſe ſcriptas. Siquidem epiſtolæ Pon-iæ, ut plurimum, non partus ſunt nii Pontificum, ſed eorum, qui piſtolis illis ſunt. Certè ſanctus onymus in Epiſtola ad Geruntiam Monogamia, teſtatur ſe juviſſe Da-m Pontificem in chartis Eccleſia-; & Orientis, atque Occidentis dicis conſultationibus reſpondiſſe. quo intelligimus, epiſtolas illas m ingenii Hieronymi fuiſſe, non aſi. Sanctus quoque Gregorius or eſt inſignis epiſtolæ, quæ ſub mine Pelagii ſecundi Pontificis ha-ur, poſt quintam Synodum genera-Erat enim tunc ſanctus Grego-Pelagii Papæ Diaconus, eumque bat in chartis Eccleſiaſticis, ut Hie-ymus Damaſum. Conſtat etiam epi-m Alexandri III. Pontificis ad Sol-um Iconii, non ab Alexandro, ſed etro Bleſenſi fuiſſe compoſitam. d idem de multis aliis affirmare mus.

Digitized by Google

hiſt
bu
m
j

Digitized by Google

# DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS TESTAMENTI VETERIS.

## *DE MOYSE.* 2483.

MOyſes Propheta ſanctiſſimus, & vetuſtiſſimus, & primus inter Scriptores Eccleſiaſticos, natus eſt, ſecundum meum computum, anno bis milleſimo quadringenteſimo tertio ab initio Mundi. Vixit annis centum viginti. Anno octogeſimo vitæ ſuæ ſuſcepit juſſu Dei Principatum Hebræorum, id eſt, anno mundi 2483. obiit anno mundi 2523. Scripſit Pentateuchum, id eſt, quinque volumina, quorum nomina ab Hebræis ſumuntur à primis verbis librorum.

Itaque primum vocant *bereſcit*, ideſt, in principio.
Secundum, *ve elle ſemot*, id eſt, Hæc ſunt nomina.
Tertium, *Vaicra*, id eſt, Vocavit autem.
Quartum, *Vaiedabber*, id eſt, Locutuſque eſt.
Quintum, *elle addebarim*, id eſt, Hæc ſunt verba.

Græci, & Latini denominant hos libros à materia, de qua agitur in principio libri, & quidem primum librum vocant Geneſim, quia initio ſcribitur generatio cœli, & terræ, & reliquarum rerum creatarum.

Exodum vocant librum ſecundum, quia initio deſcribitur egreſſio filiorum Iſraël de Ægypto. Exodus enim egreſſum ſignificat.

Tertium vocant Leviticum, quoniam in eo de-

ſcribitur officium Levitarum circa tabernaculum, ſacrificia, & alia id genus.

Quartum vocant Numeros, quoniam initio libri numeratur multitudo filiorum Iſraël per tribus, & familias ſuas.

Quintum vocant Deuteronomium, quaſi ſecundam legem, quoniam in eo reperitur, & explanatur lex Domini data in Monte Sina.

Ex his libris intelligi poteſt, Moyſem fuiſſe virum doctiſſimum, non ſolùm in omni ſapientia Ægyptiorum, ut dicitur à ſancto Stephano Actor. 7. ſed etiam in arte Hiſtorica, Poëtica, Oratoria, Morali, & Theologica. Scribit enim Hiſtoriam, Genealogias, & res geſtas Patriarcharum ab orbe condito, uſque ad exitum filiorum Iſraël de Ægypto, id eſt, ab initio temporum uſque ad annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum tertium, imò etiam uſque ad obitum ſuum, id eſt, uſque ad annum bis milleſimum quingenteſimum vigeſimum tertium. Quæ autem poſt mortem ipſius Moyſis ſcribuntur in extremo capite Deuteronomii, addita ſunt, vel à Joſüe, vel ab Eſdra, vel ab alio aliquo Propheta.

Quod etiam Poëta inſignis fuerit Moyſes, teſtantur duo cantica ipſius, alterum Exod. 15. alterum Deuteronom. 32. De arte ipſius Oratoria teſtatur Oratio, quam ſcribit ſub nomine Judæ ad Joſeph. Geneſ. 44. & alia ipſius Moyſis ad Deum. Num. 14. & exhortationes, vel reprehenſiones ad populum. De ſcientia Morali, & peritia legum condendarum, non tàm proprio ingenio, quam inſpiratione divina, teſtis eſt magna pars Exodi, Levitici, & Deutoronomii. Denique de myſteriis Theologiæ, ſub figura Arcæ fœderis, & veſtium ſacerdotalium, & totius tabernaculi, teſtis Philo Hebræus, qui has allegorias ſubtiliſſimè explanavit.

Scripſerunt vitam Moyſis Philo ex Iudæis, & Gre-

Digitized by Google

gorius Nyſſenus ex Chriſtianis. Tribuuntur Moyſi pſalmi undecim à S. Hieronymo, & aliis: ſed probabiliorem exiſtimavi ſententiam S. Auguſtini, & aliorum, qui totum pſalterium Davidis eſſe volunt. De qua re *ſcripſi* in præfatione Pſalmorum.

## *De Job.*

JOB, ad miraculum uſque ſanctus, & doctus, ante Moyſem vixit. Nam ex ſententia Græcorum, & multorum Latinorum, fuit tertius ab Eſau, & quintus ab Abraham. Moyſes autem fuit quartus à Iacob, & ſextus ab Abraham. Sed ex ſententia Hebræorum, & ſancti Hieronymi in quæſtionibus Hebraïcis, Job non deſcendit ab Eſau, ſed à Nachor fratre Abrahæ; & fuit tertius à Nachor fratre Abrahæ, ac per hoc multò antiquior Moyſe. Quod etiam ex ætate colligitur: Job enim vixit centum quadraginta annis poſt plagas, ut dicitur in fine libri, & antea vixerat multos annos cùm ſeptem filios, & tres filias genuiſſet. Quare non malè S. Iſidorus in lib. de vita & morte Patrum cap. 24. ſcribit, Job vixiſſe 248. annos, ad quam ætatem Moyſis tempore nemo perveniebat. Mihi ſententia S. Hieronymi ſemper viſa eſt probabilior, tum propter diſtantiam ætatis, ut diximus: tum quia pronepos ille Eſau, non dicitur Job, ſed Jobab, ut notum eſt ex Gen. cap. 36. quo nomine nunquam vocatur Job, neque in libro Job, neque apud Ezechielem cap. 14. neque Tobiæ primo, neque Jacobi quinto, in quibus ſolis locis fit mentio S. Job. Ac ut magis appareat differentia: ſciendum, ſanctum Job, ita ſcribi Hebraicè איוב pronepotem autem Eſau, ita ſcribi יובב ubi differentia eſt in ipſis radicalibus litteris. Quod autem aliqui reſpondent, litteram aleph, aliquando excidere, & nomina ſæpè, contrahi; non magni momenti eſt. Nam litteræ radicales non ſolent excidere: & ſi, Job, eſſet nomen



Digitized by Google

contractum, aliquando legeretur integrum in libro, ubi paſſim nominatur: nuſquam autem legitur, niſi Job.

At contra objicitur argumentum ex editione 70. Interpretum. Habetur enim in ea editione appendix ad finem libri Job, in qua dicitur, Iobum fuiſſe de filiis Eſau, & quintum ab Abraham. Sed ea appendix non videtur de textu 70. ſed ab aliquo addita: *alioqui* non ita liberè à ſancto Hieronymo rejiceretur. Sed quidquid de hoc ſit, auctorem libri Job ſanctus Iſidorus lib. 6. Originum cap. 2. ſcribit fuiſſe Moyſem, aut ipſum Job, aut alium ex Prophetis. Et quidem non pauci contendunt, auctorem libri fuiſſe Job, ſed non pauciores volunt fuiſſe Moyſem.

Mihi utraque ſententia videtur vera, ſi ita *dicamus*, ab ipſo Job fuiſſe annotatas res ejus geſtas lingua Arabica: ſed à Moyſe fuiſſe poſtea ex volumine Job compoſitum librum, quem nunc habemus, linguâ Hebraicâ, addito principio, & fine, id eſt, additis illis verbis, Vir erat in terra Hus, nomine Job, ſimplex & rectus, & timens Deum, & recedens à malo; & ad finem additâ morte ipſius.

Quod autem liber, qui nunc extat, ſit Moyſis potius, quam Job; ideo mihi perſuadeo, quia & Hebræi doctores ita ſentiunt, & rationes non contemnendæ pro hac ſententia poſſunt adferri.

Primum enim ſi Job eſſet auctor libri, qui nunc extat, primus ſcriptor ſacer eſſet Job, non Moyſes. iam enim ex ætate oſtendimus, & ex ipſa ſcriptura, Iobum fuiſſe antiquiorem Moyſe. At communi conſenſu, Moyſes eſt primus ſcriptor Eccleſiaſticus.

Deinde ſi Job eſſet auctor libri hujus, non eſſet hic liber in canonem ſcripturarum ab Hebræis admiſſus, Job enim non fuit de filiis Iſraël, ſed Idumæus, vel Arabs; Idumæi autem, & Arabes pro hoſtibus habebantur ab Hebræis.

Digitized by Google

Præterea liber Job Hæbraicè ſcriptus eſt, non Syriacè, vel arabicè, quamvis aliqua vocabula Arabica in eo legantur, præſertim quando introducuntur loquentes amici Job: at Job, non Hæbraicè ſcripſit, ſi *quid* ſcripſit, ſed lingua ſua. Quod ſi non eſt Job auctor libri hujus, nulli melius tribui poteſt hoc *opus*, quàm Moyſi, qui fuit temporibus Jobi. Quod enim quidam dicunt, auctorem hujus libri *eſſe* Salomonem, ex auctoritate ſancti Gregorii Nazianzeni Oratione ad Iulianum exactorem tributorum, non magnifaciendum eſt; nam ſanctus Gregorius non dicit, Salomonem eſſe auctorem libri Job, ſed ſolùm citat ſub nomine Salomonis quædam verba, quæ habentur apud Job cap. 3. Sed facilè fuit, ut ſanctus Gregorius ex lapſu memoriæ verba unius auctoris tribuerit alteri: præſertim cùm eo loco verbis, quæ ſunt apud Job, adjunxerit etiam alia, quæ non ſunt apud Job.

## *De Joſue.* 2523.

Josue filius Nun, ſucceſſor Moyſis fuit in principatu Hebræorum anno mundi 2523. qui populum poſt *obitum Moyſis rexit annis 26. & obiit* anno centeſimo decimo vitæ ſuæ, ut habetur in ultimo capite Joſue. Quis auctor fuerit libri Joſue, non eſt omninò certum. Nam S. Athanaſius in Synopſi rectè monet ex nomine libri non neceſſario colligi auctorem, ſed materiam. Dicitur enim liber Joſue, quia continet res geſtas Joſue: & eodem modo dicuntur libri alii, vel Iudicum, vel Ruth, vel Regum, vel Tobiæ, aut Iudith, aut Eſther, aut Machabæorum. Theodoretus in lib. de quæſtionibus in Joſue, exiſtimat, librum Joſue ſcriptum ab auctore Anonymo, qui ſcripſit librum juſtorum, de quo dicitur Joſue 10. Nonne ſcriptum eſt hoc in libro juſtorum? Sed hoc argumentum nihil efficit. Nam non agitur eo loco, niſi de ingenti illo prodigio, quo



Digitized by Google

contractum, aliquando leg[...] fuerunt. Hoc enim ubi passim nominatur [...] videtur annotatum Job.

At contra ob[...] qui dicebatur liber justo- Interpretum [...] ad finem li[...] filiis Esa[...] non vid[...] qui no[...] Sed c[...] Isid[...]

*Sanctus Isidorus lib. 6.* Originum cap. 2. affirmat, *librum Josue scriptum* fuiſſe ab ipſo Ioſue. Et hoc *veriſſimum nobis eſſe* videtur, tum quia in extre*mo capite hujus libri* dicitur de Joſue, ſcripſit om*nia verba hæc in* volumine Legis Domini: tum *quia omninò* credibile eſt, Joſue miniſtrum, diſci*pulum, & ſucceſſorem* Moyſis imitari voluiſſe Do*minum, & Magiſtrum*, & prædeceſſorem ſuum: ut *ſicut ille ad* æternam memoriam litteris mandaverat *res geſtas in* populo Dei, uſque ad ſua tempora; ita *& ipſe faceret*, cùm ei nec ſcientia, nec aſſiſtentia *Spiritus ſancti* in ſcribendis ſacris hiſtoriis deeſſet. *Porrò* pauca, quæ adduntur in fine libri de morte *ipſius*, & ſepultura, ſine dubio ſcripta ſunt à ſucceſ*ſoribus*, quicunque illi fuerint, & veriſimile eſt à *Samuele*, vel Eſdra.

## *De Samuele Propheta.* 2878.

Samuel Propheta fuit ultimus Iudex & Princeps populi, antequam Reges creari cœpiſſent. Suſcepit autem Principatum anno mundi 2878. præfuit annis 20. Hunc fuiſſe auctorem libri Iudicum, & Ruth, & libri primi Regum, docet Sanctus Iſidorus lib. 6. Originum cap. 2. & quod attinet ad librum primum Regum, in quo continentur res geſtæ Davidis, teſtatur lib. 1. Paralip. cap. ult. eum ſcriptum fuiſſe à Samuele.

Dicitur etiam lib. 1. Reg. capite 10. à Samuele fuiſſe ſcriptam legem Regni: ſed hæc non videtur extare.

Digitized by Google

## *De Davide.* 2919.

DAvid Rex & Propheta regnare cœpit anno mundi 2919. & regnavit annis 40. ut ſcribitur lib. 3. *Reg.* c. 2. ſcripſit librum Pſalmorum 150. Sic *enim* docent Chryſoſtomus, Theodoretus, Caſſiodorus, Euthymius, & alii præfatione in Pſalmos, & S. Auguſtinus lib. 17. de Civitate Dei cap. 14. quamvis autem ſanctus Hilarius præfatione in Pſalmos, & ſanctus Hieronymus in Epiſt. ad Cyprianum, velint Pſalmos eſſe compoſitos ab Auctoribus, qui nominantur in titulis, ut à Moyſe, Salomone, Aſaph, Chore, Idithum: tamen probabiliorem exiſtimamus ſententiam priorem. De qua re diſſeruimus præfatione in explanationem pſalmorum. Extat quidem pſalmus quidam brevis extra numerum 150. pſalmorum; ſed eum apocryphum exiſtimamus, quia Concil. Laödicen. cap. ult. & Tridentinum Seſſ. 4. non ponunt in Canonem Scripturarum niſi Pſalmos 150.

Porrò David non ſolùm Propheta eximius fuit, ſed etiam Poëta venuſtiſſimus, & doctiſſimus: & ſcientiam habuit hiſtoriæ ſacræ, legum divinarum, moralis, & naturalis Philoſophiæ. Quæ omnia in pſalmis mirificè apparent.

## *De Gad, & Nathan.* 2959.

GAD, & Nathan Prophetæ proſecuti ſunt res geſtas Davidis, quæ habentur in libro primo, & ſecundo Regum, & in initio tertii, ab eo loco, ubi deſiit Samuel. Sic enim ſcribitur lib. 1. Paralipom. cap. ultimo, Geſta Regis David priora, & noviſſima ſcripta ſunt in libro Samuel videntis, & in libro Nathan Prophetæ, & in volumine Gad videntis. Ætas horum duorum Prophetarum neceſſario debet poni poſt obitum Davidis; qui obitus contigit anno mundi 2959.

## *De Salomone Rege ſapientiſſimo.* 2959.

Salomon Rex, Davidis Regis filius regnare cœpit anno mundi 2959. & regnavit annis 40. ut ſcribitur Regum lib. 3. cap. 11. ſcripſit ſine ulla controverſia libros tres, Proverbia, Eccleſiaſtem, & Cantica canticorum. De libro Sapientiæ nonnulla quæſtio eſt. Nam non habetur in Codicibus Hebraicis, ſed ſolum in Græcis, & Philoni adſcribitur Iudæo, teſte ſancto Hieronymo præfatione in Proverbia Salomonis. Sed tamen à veteribus Patribus communi conſenſu hic liber tribuitur Salomoni, ut notum eſt ex Euſebio lib. 4. hiſtor. cap. 22. Tertulliano de præſcriptione, Cypriano de mortalitate, Hilario in Pſalm. 127. Ambroſio, ſermone 8. in Pſalm. 118. Baſilio lib. 5. in Eunomium, Epiphanio hæreſi Anomæorum, & Auguſtino tract. in Pſal. 63. & ipſe auctor lib. Sapient. cap. 9. teſtatur, ſe fuiſſe Regem in Iſraël, & ſibi à Domino imperatum, ut templum ædificaret: quæ in Salomonem propriè conveniunt. Sed hæc diſcordia facilè conciliabitur, ſi dicamus, ſententias hujus libri eſſe Salomonis, ſed collectas in unum volumen, & Græcis verbis expreſſas à Philone, non illo, qui tempore Caii Imp. floruit, ſed alio antiquiore. Joſeph. lib. 8. antiquitatum cap. 2. refert à Salomone ſcriptos fuiſſe libros Odarum, & Carminum quinque ſupra mille: & Parabolarum libros ter mille. Item ſcriptas ab eo fuiſſe incantationes, quibus morbi curantur, & dœmones pelluntur. Quæ videntur parum veriſimilia; ſed ſive ſint vera, ſive falſa, certum eſt ea hoc tempore non extare, & fortaſsè ex verbis Joſephi, occaſionem acceperunt aliqui perditi homines tribuendi Salomoni librum pernicioſiſſimum, qui inſcribitur clavicula Salomonis.

Digitized by Google

## *De Abia*, & *Addo*. 3000.

AHIAS, & Addo ſcripſerunt res geſtas Salomonis, ut habetur in ſecundo libro Paralipom. c. 9. ſive ſint eæ, quæ narrantur in tertio libro Regum, ſive res aliæ. Quis autem ſcripſerit reliqua, quæ habentur in libro tertio Regum poſt caput undecimum, & in toto quarto, & in duobus libris Paralipomenon, non eſt omninò certum: ſed credibile eſt ſcripta fuiſſe à Sacerdotibus, & Prophetis illorum temporum.

## *De Oſea*. 3170.

PRophetæ tàm majores, quàm minores floruerunt poſt diviſionem Regni, quæ facta eſt poſt obitum Salomonis. Quo etiam tempore vixerunt auctores librorum Tobiæ, Iudith, & Eſther. Sed ut eos ordine diſponamus, ſtatuendum eſſe videtur ut certum, Prophetas minores eo prophetaſſe ordine, quo in Bibliis Hebraicis, & Latinis collocantur; quamvis in Græcis ſit aliqua diverſitas, & de Abdia, & de Habacuc, ſit non exigua difficultas. Ratio hujus fundamenti eſt, quia videmus, Prophetas majores ſine ulla controverſia ſuo ordine collocatos, ut Iſaias præceſſerit Hieremiam, & Hieremias Ezechielem, & Ezechiel Danielem. Item quia magna pars Prophetarum minorum ſine ullo dubio ita collocati ſunt, ut Oſeas Ioelem præcedat, & in fine Aggæus Zachariam, & Zacharias Malachiam. Proinde colligi poteſt, omnes eſſe ſuo ordine diſpoſitos: neque excogitari poteſt ulla ratio, cur prior tempore debuerit poſteriori poſtponi: niſi cum claſſis (ut ſic loquar) variatur. Majores enim Prophetæ ſuam claſſem faciunt, & minores quoque ſuam. Sed nos ex utriſque unam claſſem faciemus, ut ſecundùm ordinem temporis omnes collocemus.

Digitized by Google

Primus omnium tàm majorum, quàm minorum fuit Oſeas, qui prophetavit, ut ipſe teſtatur, in diebus Oziæ, Joatham, Achaz, Ezechiæ Regum Iuda, & in diebus Hieroboam filii Joas Regis Iſraël. Annus autem quo regnare cœpit Ozias in Hieruſalem, fuit viceſimus ſeptimus, quo regnavit Hieroboam in Samaria, videlicet ter milleſimus centeſimus ſeptuageſimus. Fuit autem Oſeas de tribu Iſachar, ut Epiphanius teſtatur: & juſſu Domini accepit uxorem fornicariam, ut ſignificaretur fornicatio populi per Idololatriam à Deo: & propter hoc peccatum prædicit captivitatem decem tribuum; & deinde captivitatem etiam duarum aliarum tribuum, quæ facta eſt per Nabuchodonoſor.

## *De Iſaia.* 3190.

POſt Oſeam ſequitur proximè Iſaias, primus ex majoribus. Quamvis enim tam Oſee, quàm Iſaias initio dicant, ſe prophetaſſe in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezechiæ: tamen Euſebius in Chronico, & ſanctus Hieronymus in primum caput Ozeæ ſcribunt Oſeam fuiſſe primum, & Iſaiam ſecundum in ſcribenda prophetia. Et videtur hoc poſſe confirmari, tum ex illis verbis Oſeæ Principium loquendi Domino in Oſee; quo ſignificari videtur, inter multos, qui eodem ferè tempore prophetaverunt, primum fuiſſe Oſeam; tum ex eo quod Oſeas addit, ſe viſionem vidiſſe, non ſolùm in diebus Oziæ, ſed etiam in diebus Hieroboam: ut videlicet ſignificaret, ſe viſionem vidiſſe, & prophetaſſe ad initium Regni Oziæ, quod concurrit cum fine Regni Hieroboam: Iſaias autem non meminit Hieroboam, quia non prophetavit in diebus ejus, ac per hoc non prophetavit ad initium Regni Oziæ, ſed poſtea. Sed quicquid ſit de his rationibus, nos nitimur auctoritate ſancti Hie-

Digitized by Google

ꝛnymi, & Euſebii, qui Iſaiam collocant poſt Oſeam.
Iſaias igitur unus eſt, & primus ex majoribus Pro-
ꝛetis, ſcripſit librum magnum, imò etiam majo-
m quàm ullus alius Propheta, & ſcripſit ante om-
:s alios Prophetas majores.
Dicuntur enim Prophetæ majores, qui ſinguli ſuos
:ripſerunt libros integros, minores autem dicuntur
li, quorum prophetiæ omnes ſimul unico libro
pud Hebræos continentur. Fuit vir nobilis ex tribu
uda, & facundiſſimus, ut ex ejus volumine, quivis
ıtelligere poteſt. Scripſit autem de Adventu Chriſti,
e Nativitate ejus ex Virgine, de Vita, de Prædica-
one, de Regno, de Miraculis, de Paſſione, de Se-
ultura, de aliis ejus myſteriis, ut Evangeliſta potius,
uàm Propheta fuiſſe videatur. Scripſit etiam de vo-
atione gentium, & de gloria Eccleſiæ planè admi-
abiliter. Obiit ſub Manaſſe rege filio perditiſſimo
Ezechiæ Regis optimi; juſſu ejuſdem Manaſſæ ſec-
us in duas partes crudeliſſimo ſupplicio, ut Epipha-
ıius teſtatur in libro de vita, & morte Prophetarum:
Sed Deus, eodem auctore Epiphanio, ſepulchrum
ejus glorioſum miraculis reddidit.

## *De Joël.* 3195.

GRÆCI poſt Oſeam ponunt Amos, ſed Hæbraici, & Latini codices ponunt Joël. Sed non eſt
'es magni momenti, quia fuerunt omnes iſti tres
Prophetę ſinchroni, id eſt, contemporanei, ut ſanctus
Hieronymus loquitur initio explicationis Oſeæ, &
ʅuia Joël non deſignat tempus, quo prophetaverit,
ntelligitur prophetaſſe ſub eiſdem Regibus, ut ſcri-
ꝛunt ſanctus Hieronymus in caput primum Joëlis, &
ſanctus Auguſtinus lib. 18. de civitate Dei cap. 27. &
Theodoretus in prologo ſuper duodecim Prophetas.
Porrò Joël prædicit duabus tribubus, quibus pro-

priè Propheta datus erat à Deo, Babylonicam capti vitatem, eaſque ad pœnitentiam hortatur; & in extre mo vaticinio prædicit Adventum Meſſiæ, & Spiritu ſancti per eum mittendi, & ultimi judicii diem. Obiit in pace.

## *De Amos.* 3195.

AMos prophetavit eodem tempore. Nam initio dicit ſe viſionem ſuam vidiſſe in diebus Oziæ Regis Juda, & in diebus Hieroboam filii Joas.

Prædixit ipſe quoque captivitatem, & alia gravi flagella: & graviſſimè in ſcelera invectus à fili Amaſiæ Sacerdotis fuſte inter tempora percuſſu interiit, ut Epiphanius teſtatur in libro de vita, & morte Prophetarum.

## *De Abdia.* 3195.

ABdias ab Euſebio in Chronico ponitur temporibus Achab Regis Iſraël, ac per hoc longè ante Oſeam, & Iſaiam, & Joël, & Amos. Idem videntur ſenſiſſe ſanctus Hieronymus, & ſanctus Epiphanius. Abdias enim à S. Hieronymo in commentario creditur eſſe ille diſpenſator domûs Achab Regis Samariæ, qui abſcondit centum Prophetas, eoſque pavit, quo tempore Jezabel uxor Achabi Prophetas Domini perſequebatur, de qua re loquitur Scriptura lib. 3. Reg. cap. 18. ſed Epiphanius hunc eundem Abdiam Prophetam exiſtimat eſſe illum quinquagenarium Principem, cui pepercit Elias, ne ab igne de cœlo miſſo abſumeretur. De qua hiſtoria ſcripturę loquitur lib. 4. Reg. cap. 1. Neque diſſentit Epiphanius à Hieronymo, quia poteſt fieri, ut ille, qui erat diſpenſator in domo Achab, poſtea factus ſit Dux militiæ in domo Ocheziæ filii Achab. Sed maxima difficultas eſt, quia idem ſanctus Hieronymus in 1. cap. Oſeæ

ſcribit,

ſcribit, Abdiam fuiſſe contemporaneum Oſeæ, Joëlis, Amos, & quartum locum habere inter Prophetas minores: & non poteſt fieri, ut ille Abdias, qui vixit tempore Achab pervenerit ad tempora Oziæ, & Ezechiæ, in quibus temporibus prophetarunt Oſee, Joël & Amos. Achab enim antiquior fuit Oziâ, plus centum quinquaginta annis.

Contra autem videtur Abdias poſterior fuiſſe non ſolùm Oſeâ, Joële, & Amos, ſed etiam Michæâ, & Jonâ, & aliis multis. Nam in prophetia ſua meminit belli Chaldæorum contra Hieruſalem,& captivitatis ejuſdem Urbis tanquam jam peractæ, & præteritæ, ut videatur collocandus poſt Hieremiam.

Mihi tamen placet ſententia ſancti Hieronymi, qui(ut paulò antè dixi)facit Abdiam æqualem Oſeæ, Joëli, Amos. Quod autem alibi dixit Prophetam Abdiam fuiſſe diſpenſatorem domûs Achab, non ex mente ſua, ſed ex traditione quadam Judaica dixiſſe videtur, quæ traditio non alio fundamento nititur, niſi ſimilitudine nominis, quaſi non potuerint eſſe plures Abdiæ,

Quod autem hic Propheta meminerit captivitatis *Babylonicæ*, non cogit, ut ſentiamus, illum prophetaſſe poſt captivitatem: nam more Prophetarum loquitur de captivitate illa futura per verbum præteriti temporis.

Igitur Abdias prophetavit contra Idumæos, & non ſolùm prædixit exitium eorum, ſed etiam cauſam exitii, quia videlicet tempore captivitatis Babylonicæ futuri eſſent Idumæi ſocii Chaldæorum contra filios Iſraël.

Obiit hic Propheta in pace, Epiphanio auctore loco citato.

## *De Jona.* 3195.

JOnas Propheta eodem tempore prophetavit, quo ſuperiores Prophetæ, ut ſcribunt ſanctus Hiero-



Digitized by Google

nymus in prologo Jonæ, Euſebius in Chronico, & lib. 10. de præparatione Evangelica cap. ult. & ſanctus Auguſtinus lib. decimo octavo, de Civitate Dei capite vigeſimo ſeptimo: Prophetavit autem Jonas contra Ninivitas, & exitium illis prædixit. Et quamvis agentibus illis pœnitentiam Deus pepercerit: tamen poſtea reverſis ad iniquitatem Deus exitium illis immiſit, quod Jonas prædixit, ut habemus in libro Tobiæ cap. 12.

Sanctus Hieronymus in prologo Jonæ refert verba Tobiæ, quibus expreſsè dicitur, evertendam Ninivem, ut prædixit Jonas. Sed in noſtro libro Tobiæ cap. 12. non habetur nomen Jonæ, ſed ſolum, prope erit interitus Ninive, non enim excidit verbum Domini.

Hunc Jonam ſcribit Epiphanius in libro de vita, & morte Prophetarum eſſe puerum illum, quem ſuſcitavit Elias ad preces Viduæ Sareptanæ. Quod idem ex traditione Hebræorum refert S. Hieronymus in prologo Jonæ. Quo fundamento nitatur hæc traditio, non ſcio, certè tempora parum cohærent.

## *De Michæa.* 3223.

MIchæas prophetavit paulò poſt ſupradictos. Scribit enim initio prophetiæ ſuæ, ſe prophetaſſe in diebus Joatham, Achaz, & Ezechiæ; & ommittit Oziam, quem Oſeas, Iſaias, Amos poſuerunt. Proinde prophetavit initio Regni Joatham, id eſt, anno mundi 3223. prædicit hic Propheta captivitatem primam decem tribuum, & ſecundam duarum tribuum: prædicit adventum Chriſti, & nativitatem in Bethlehem, & converſionem gentium ad Eccleſiam Dei.

## *De Nahum.* 3264.

NAhum Elceſæus prophetavit poſt abductas decem tribus in captivitatem à Salmanaſar Re-

Digitized by Google

ge Aſſyriorum, ut teſtantur ſanctus Hieronymus, Theodoretus, Theophilactus in præfatione in Nahum; idem volunt eum prophetaſſe tempore Ezechiæ: illo enim anno 10. tribus in captivitatem ductas eſſe conſtat ex lib. 4. Reg. cap. 18. Itaque tempus prophetiæ Nahum incidit in annum mundi. 3264.

Prædicit hic Propheta exitium Regis Aſſyriorum, & vaſtationem Ninive per Chaldæos. Et Judæis prædicit, non prævaliturum Regem Aſſyriorum contra Hieruſalem, ſicut prævaluerat contra Samariam. Obiit in pace, teſte ſancto Epiphanio in lib. de vita, & morte Prophetarum.

## *De Habacuc.* 3283.

HAbacuc prophetavit ante captivitatem duarum tribuum, ut docet Epiphanius in lib. de vita, & morte Prophetarum; & in Chronico Hebræorum, quod ſederolam vocant, dicitur Habacuc prophetaſſe ſub Rege Manaſſe filio Ezechiæ, id eſt, poſt captivitatem decem tribuum, ſed ante captivitatem duarum tribuum. Manaſſes autem regnare cœpit anno mundi ter milleſimo, ducenteſimo, octogeſimo tertio.

Multi tamen graves auctores volunt, Habacuc prophetaſſe poſt captivitatem Babylonicam, ut ſanctus Hieronymus in prologo ad hanc Prophetam, Theodoretus, & alii. Ducuntur hi auctores illo argumento, quod Habacuc Propheta, Angelo eum rapiente, & deferente, attulerit prandium Danieli in lacu Leonum conſtituto; ac per hoc vixerit tempore Danielis, & ad initium Imperii Cyri Regis Perſarum. Sed nos priori ſententiæ adhæremus, quoniam ipſe Habacuc diſertis, & multis verbis prædicit adventum Regis Babyloniæ ad capiendos Judæos. Non eſt autem moris Prophetarum loqui de rebus præteritis per verba temporis futuri; ſed è contrario prædicare



Digitized by Google

futura per verba temporis præteriti. Annuntiare enim præterita, tanquam ſi eſſent futura, unuſquiſque poteſt ſine ſpiritu prophetiæ. Ad argumentum autem de allatione prandii ad Danielem, facilè reſponderi poteſt, non eſſe eundum Habacuc Prophetam, unum ex minoribus, & Habachuc Prophetam, qui tulit prandium Danieli: ſicut non idem Michæas Propheta, qui vixit tempore Achab Regis Samariæ cum Michæa Propheta, qui unus eſt ex duodecim Prophetis minoribus.

Ergo Habacuc de tribu Simeon prædicit adventum Chaldæorum, & Babylonicam captivitatem. Prædicit etiam vaſtationem eorundem Chaldæorum quæ facta eſt per Medos, & Perſas. Et tandem prædicit adventum Chriſti, paſſionem, reſurrectionem, & ſecundum adventum in gloria.

## *De Sophonia.* 3340.

Sophonias prophetavit, ut ipſe teſtatur, in diebus Joſiæ Regis: & quia non diſignat Sophonias annum Regni Joſiæ, ut facit Hieremias, intelligendum eſt Sophoniam prophetaſſe ad initium Regni Joſiæ, id eſt, anno mundi ter milleſimo, trecenteſimo quadrageſimo. Hoc enim anno cœpit regnare Joſias. Porrò hic Propheta concionatur contra peccata, & hortatur ad pœnitentiam, & prædicit excidium Palæſtinorum, Moabitarum, Ammonitarum, Æthiopum, & aliarum gentium. Prædicit etiam converſionem gentium, & ruinam Idololatriæ. Denique prædicit Chriſti reſurrectionem, Judæorum excæcationem, & exitium ultimum, & Eccleſiæ gloriam, & felicitatem.

## *De Hieremia.* 3353.

Hieremias Propheta ſecundus ex majoribus prophetare cœpit anno tertio decimo Regni Joſiæ,

Digitized by Google

id eſt, anno 3353. ab orbe conditio, ut ipſe initio libri ſui teſtatur, & prophetavit uſque ad annum undecimum Sedeciæ Regis, qui fuit ultimus Rex Hieruſalem: & tunc completa fuit captivitas Babylonica. Fuit autem Hieremias ex tribu Sacerdotali, vir mitiſſimus, & ſanctiſſimus, & poſt multos labores, & anguſtias lapidibus obrutus ab ingrato populo, vitam cum morte commutavit. Vide Epiphanium de vita, & morte Prophetarum.

Scripſit autem, vel dictavit inſigne volumen, in quo populum, & principes ejus ad pœnitentiam multis ſermonibus hortatus eſt. Prædixit imminentem ruinam Hieruſalem, & templi Domini, & totius Regni. Prædixit multa de Chriſti adventu, de teſtamento novo, deque aliis Chriſtianis myſteriis apertiſſimè.

Addidit Hieremias ad finem libri ſui threnos, id eſt lamentationes, carmine ſcriptas, ordine alphabetico, quibus deplorat ærumnas gentis ſuæ corporales, & ſpirituales.

Addidit denique epiſtolam ad populum captivum in Babilone, qua hortatur illos, ut in fide veri Dei perſiſtant, & ab Idolorum cultu ſe abſtineant; quam epiſtolam poſuit Baruch in extremo libro ſuo.

## *De Baruch.* 3366.

BAruch miniſter, & amanuenſis Hieremiæ, præter ea, quæ ſcripſit Hieremiâ dictante, ut colligitur, ex cap. 36. Hieremiæ, ſcripſit proprium volumen quinque capitibus comprehenſum; nam ſextum eſt epiſtola Hieremiæ. Prophetavit autem Baruch tempore Iechoniæ Regis, ut ipſe teſtatur initio ſui voluminis. Regnavit verò Iechonias anno mundi 3366. & ſolis tribus menſibus regnavit. Proinde hoc ipſo anno Baruch prophetavit, & prædixit appertiſſi-



Digitized by Google

ſimè Dei Incarnationem, & apparitionem in carne humana. Et quamvis hic liber non inveniatur in Hebraicis codicibus, & excidiſſe, & periiſſe credatur; tamen citatur paſſim à patribus ſub nomine Hieremiæ, & à S. Cypriano lib. 2. contra Iudæos cap. 5. & à S. Cyrillo lib. 10. in Iulianum citatur ſub nomine Baruch.

Vide ſi placet, defenſionem hujus libri Canonici in noſtris Controverſiis lib. 1. de verbo Dei.

*De Ezechiële.* 3371.

EZechiël tertius ex majoribus prophetare cœpit (ut ipſe teſtatur cap. 1.) anno quinto tranſmigrationis Iechoniæ Regis, qui fuit annus mundi 3371. fuit ipſe quoque de genere Sacerdotali, vir optimus, & ſanctiſſimus, & prædicabat concaptivis ſuis, eoſque ad virtutem hortabatur, ſed mercedis loco ab ipſo Principe populi ſui obtruncatus occubuit. Prædixit reverſionem populi ad propria loca, & de adventu Domini, & Baptiſmo, aliiſqve Chriſti myſteriis multa, ſed obſcurè, maximè de ſtructura templi vaticinatus eſt.

*De Daniele.* 3398.

DAniel quartus ex prophetis majoribus, abductus eſt in captivitatem adhuc puer, & perſeveravit in captivitate uſque ad Cyrum Regem Perſarum, id eſt, uſque ad finem captivitatis. Cœpit autem prophetare anno ſecundo Nabuchodonoſor Regis (ut ipſe teſtatur cap. 2.) ſed annus ille ſecundus non intelligitur ab initio regni, ſed ab initio Monarchiæ, quam inchoavit devaſtatâ Ægypto. Incidit autem hæc devaſtatio, & initium Monarchiæ in annum viceſimum tertium regni ejus.

Itaque ſecundus annus Monarchiæ notatus à Daniele, eſt annus regni viceſimus quartus, & annus

Digitized by Google

mundi 3398. Fuit Daniel de tribu Iuda, vir nobilis, & ſpiritu ſapientiæ, & prophetiæ pleniſſimus, atque ea de cauſa gratiſſimus Regibus etiam Idololatris, & ab eis magnis honoribus cultus. Scripſit multa de Chriſto, & de tempore adventûs ejus, nec non de morte ejus, & de excætatione Iudæorum: item de Antichriſto, & præliis ejus. Prædixit progreſſum quatuor præcipuorum Regnorum, & de bellis futuris inter Græcos, & Perſas, & inter ſucceſſores Alexandri Magni, tantâ perſpicuitate, ut aliqui putaverint, ſed falſo, ea ſcripta fuiſſe multo poſterius, quam re vera fuerint. Liber partim Hebraicè, partim Chaldaicè ſcriptus eſt. Didicit enim Daniël in Babilone, juſſu Regis, linguam, & literas Chaldæorum. De partibus quibuſdam Daniëlis, quæ ab hæreticis non recipiuntur; vide in primo noſtro lib. de Verbo Dei.

## *De Aggæo.* 3465.

AGgæus prophetare cœpit anno ſecundo Darii Regis Perſarum menſe 6. ut ipſe initio teſtatur. Fuit autem annus ille ab orbe condito 3465. Concionatur Aggæus ad populum, eum exhortans ad reædificationem templi, eumque graviter increpans, quod eſſent diligentiores in domibus ſuis ædeficandis, & ornandis, quàm in domo Dei reædificanda. Et prædicit, templum hoc ſecúndum fore multo glorioſius, quàm fuerit primum. Quod intelligitur de gloria templi ob Chriſti præſentiam, ſive de Eccleſia Chriſti, non de ſtructura materiali, ut S. Auguſt. oſtendit lib. 18. de Civit. Dei cap. 45.

## *De Zacharia.* 3465.

ZAcharias illo ipſo anno ſecundo Darii prophetavit, ſed menſe octavo, ut ipſe teſtatur. Itaque

Digitized by Google

Aggæus duobus tantùm menſibus Zachariam præceſſit. Ipſe quoque hortabatur populum ad ædificandum templum, & ad timorem Domini, & obedientiam mandatorum. Prædixit quoque multa per varias ſimilitudines de felicitate Eccleſiæ Chriſtianæ, & ultima perditione Iudæorum.

## *De Malachia.* 3521.

MAlachias ultimus duodecim minorum Prophetarum, prophetavit poſt Aggæum, & Zachariam, tempore Artaxerxis Regis Perſarum. Nam cap. 2. reprehendit Iudæos, qui duxerant filias alienigenas in uxores: & ſimilis reprehenſio extat apud Eſdram lib. 1. cap. 9. & conſtat ex præcedentibus capitibus, hanc objurgationem factam fuiſſe poſt templum reædificatum, regnante jam Artaxerxe filio Darii, cujus anno ſexto finita eſt ædificatio templi, ut habetur libro primo Eſdræ cap. 6.

Malachias poſterior eſt Zacharia, quantum diſtat annus ſecundus Darii ab anno primo Artaxerxis, qui regnare cœpit anno 3521. proinde hoc anno vixit, & ſcripſit Malachias. Hunc Prophetam Origenes exiſtimavit non fuiſſe hominem, ſed Angelum in ſpecie hominis; quia Malachias Hebr. Angelum ſignificat.

Refellit hunc errorem S. Hieronymus in proœmio Malachiæ. Quia ſi propter nomen Angeli deberet negari Malachiam fuiſſe hominem; eodem modo quia Oſea ſignificat Salvatorem, & Ioel ſignificat Deum, & Dominum, poſſemus exiſtimare, Oſeam fuiſſe Chriſtum, & Ioelem fuiſſe Dominum Deum.

Alii voluerunt Malachiam fuiſſe Eſdram, & dictum Angelum ob ſapientiam, & puritatem vitæ. Hæc eſt ſententia Hebræorum, quam ſanctus Hieronimus nec videtur approbare nec reprobare. Sed communis ſententia, quæ omninò ſequenda nobis

Digitized by Google

videtur, eſt, Malachiam fuiſſe hominem diverſum ab Eſdra. Sic docet Euſebius in Chronico, S. Auguſtin. lib. 18. de Civi. Dei cap. 36. S. Cyrill. in primum caput Malachiæ, qui dicit non eſſe audiendos, qui contra ſentiunt, S. Epiphan. in libro de vita & morte prophetarum.

Porrò Malachias de tribu Zabulon erat, ex ſententia Epiphanii loco citato, & prædixit abolitionem ſacrificiorum Iudaicorum, & inſtitutionem ſacrificii novi, quod toto orbe offerendum erat, Prædixit quoque ultimum Iudicium, & reverſionem Eliæ Prophetæ ad convertendas reliquias Iſraël, & præter prædictiones, vehementer concionatus eſt adverſus negligentiam Sacerdotum, & alia vitia. Denique in pace quievit adhuc juvenis, teſte Epiphanio.

## *De Tobia.* 3252.

Hiſtoria Tobiæ, & Iudith incidit in tempus Prophetarum minorum, videlicet Nahum, & Habacuc, ſed viſum eſt conjungere omnes Prophetas ſimul, neq; in chorum ipſorum extraneos admittere. Igitur Tobias ſenior cum Tobia iuniore tranſlatus fuit in Civitatem Ninive à Rege Aſſyriorum Salmanaſar, & perſeveravit uſque ad aliquot annos Senacherib ſucceſſoris ejus.

Contigit autèm captivitas illa anno ſexto Ezechiæ Regis Iuda, qui fuit nonus Oſeæ Regis Iſaräel, & ab orbe coddito 3264. Quis fuerit auctor libri Tobiæ, non eſt omninò certum, ſed credibile eſt auctorem fuiſſe Tobiam juniorem, vel ſeniorem.

Siquidem Angelus Raphael cap. 22. juſſit Tobiæ utrique, ut narrarent, ſive (ut habetur in textu Græco) ſcriberent omnia mirabilia Domini, quæ ipſi viderant, patientiam videlicet Tobiæ ſenioris, & conſolationem magnam, quam à Deo per angelum

Digitized by Google

Raphaelem accepit. Itaque ſcriptus videtur liber anno mundi 3252. mortuo Senacherib. Quæ autem in fine libri adduntur de morte Tobiæ junioris, ſine dubio ab aliquo alio addita ſunt.

Porrò liber Tobiæ ſcriptus eſt Chaldaicè, non Hebraicè, & ideò fortaſsè ab Hebræis non agnoſcitur pro lib. ſacro. Tranſtulit eum in linguam latinam S. Hieronymus, ut ipſe teſtatur præfatione in Tobiam, & ab Eccleſia Catholica inter ſacros libros numeratum fuiſſe cognoſcimus ex Concilio Tertio Carthaginenſi, ex Innocentio I. in epiſtola ad Exuperium & Gelaſio I. in decreto de ſcripturis Sanctis, & Cypriano in ſerm. de eleemoſyna, ex Ambroſio in lib. de Tobia, ex Baſilio in Oratione de avaritia, denique ex Concil. Trid. ſeſſ. 4.

## *De Eliachim auctore libri Iudith.* 3270.

QVando contigerit quæ narrantur in libro Iudith, maxima quæſtio eſt: alii enim volunt ea contigiſſe poſt captivitatem Babylonicam, quia in primo capite fit mentio Regis Nabuchodonoſor: alii volunt contigiſſe ante captivitatem illam, ſed poſt captivitatem decem tribuum, quæ facta fuit tempore Ezechiæ Regis Iuda: & quamvis tàm hi auctores, quàm illi varient circa tempus præciſum: nobis tamen videtur non poſſe aſſignari aliud tempus, quàm inter duas captivitates, tempore videlicet Regis Iuda Manaſſe, & Regis Aſſyriorum Merodach Baladam, quem putamus alio nomine dictum eſſe Nabuchodonoſor, qui regnavit etiam in Babilonia. Sed de hac re fusè tractavimus in lib. 1. de verbo Dei cap. 12.

Itaque tempus hujus hiſtoriæ erit annus mundi ter milleſimus ducenteſimus ſeptuageſimus. Quis auctor fuerit hujus libri, incertum eſt ex ſententia S. Iſidori lib. 6. Originum cap. 2.

Digitized by Google

Sed ſi fidem habeamus Ioſepho in libro 1. contra Apionem, auctor erit Eliachim, qui alio nomine dicebatur Ioachim Sacerdos magnus Hebræorum, e quo fit mentio in libro Iudith cap. 4. & 15. Scribit enim Ioſephus in more poſitum fuiſſe apud Egyptios, & Babylonios, & potiſſimum apud Hebræos, ut res geſtæ publicè, ſcribendæ commiterentur Sacerdotibus magnis: tempore autem Iudith Sacerdos magnus erat Eliachim, ut ſuprà diximus.

Porrò liber Iudith quamvis ab Hebræis, & hæreticis modernis rejiciatur ex Canone Scripturarum divinarum: tamen Concilium Nicenum [illegible] hunc librum retulit in numerum librorum divinorum, teſte S. Hieronymo præfatione in Iudith. Quod idem fecerunt Concilium tertium Carthaginenſe cap. 47. & Decretum Gelaſii Primi de Scripturis ſanctis, & Epiſtola Decretalis Innocentii Primi ad Exuperium; & ſanctus Auguſtinus libro ſecundo de doctrina Chriſtiana cap. 8. & ſanctus Iſidorus lib, 6. Originum cap. 1. & Caſſiodorus lib. divinarum lectionum, & Rabanus lib. 2. de inſtitutione Clericorum, & alii Patres.

Recenſet hic liber victoriam divinitùs reportatam ab Hebræis contra Holofernem Principem militiæ Aſſyriorum per virtutem nobiliſſimæ, & caſtiſſimæ feminæ Iudith Viduæ.

### *De Eſdra; & Nehemia.* 3521.

ESdras Sacerdos, vixit ſub Artaxerxe Rege Perſarum, qui imperare cœpit anno ab orbe condito 3521. Scripſit autem librum primum Eſdræ, & fortaſsè etiam ſecundum, ut cenſet S. Iſidorus lib. 6. Originum cap. 2. quamvis probabilius ſit, ſecundum librum à Nehemia ſcriptum fuiſſe, qui poſt Eſdram miſſus eſt in Iudæam ab eodem Artaxerxe, cujus pincerna erat. Libri tertius, & quartus inter apocryphos computantur.

Digitized by Google

Porrò Eſdram ſancti Patres docent inſtauratorem fuiſſe ſacrorum librorum: quod non ita intelligendum eſt, quaſi Scripturæ ſacræ omnes perierint in everſione civitatis, & templi Nabuchodonoſor, & ab Eſdra divinitùs inſpirato reparatæ fuerint, ut fabulatur auctor lib. 4. Eſdræ cap. 14. ſed, quod ſcripturas Myoſis, & Prophetarum in varia volumina deſcriptas, & in varia loca diſperſas, & tempore captivitatis non diligenter conſervatas, Eſdras ſummâ diligentiâ collectas ordinaverit, & in unum quaſi corpus redegerit.

Vide Irenæum lib. 3. cap. 25. Tertulianum lib. de habitu mulierum, Clementem lib. 1. Stromatum, Hilarium præfatione in Pſalmos, Chryſoſtomum homel. 8. in epiſtol. ad Hebræos, Theodoretum præfatione in Pſalmos.

Addit ſanctus Hieronymus in prologo galeato, Eſdram inveniſſe novas literas Hebraicas, & antiquas Samaritanis dimiſiſſe.

*De Mardocheo auctore libri Eſther.* 3528.

De tempore hiſtoriæ Reginæ Eſther magna eſt inter ſcriptores controverſia: nobis olim placuit, & hodie etiam placet ſententia Ioſephi Hebræi lib. 11. antiquitatum cap. 6. necnon Severi *Sulpitii* lib. 1. de ſacra hiſtoria, Nicephori Conſtantinopolitani in Chronico, & aliorum multorum, quos ſine nomine refert Euſebius in Chronico. Iuxta hanc ſententiam Eſther nupſit Aſſuero Artaxerxi Longimano, anno ejus ſeptimo, qui incidit in annum mundi 3528. quo eodem tempore floruit Eſdras, ut ſupra diximus, atque hac de cauſâ S. Iſidorus lib. 6. Originum cap. 2. docuit, auctorem libri Eſther eſſe Eſdram.

Sed Multo probabilius eſt, auctorem fuiſſe Mardochæum patruum, & nutricium ipſius Eſther, & qui

illi

illi ſemper adfuit, & res geſtas omnium optimè novit.

Vide plura, ſi placet, in Controverſiis noſtris lib. 1. de Verbo Dei cap. 7.

*De 72. Interpretibus, & Ariſtæa.* 3720.

ANno ſeptimo decimo Ptolomæi Philadelph Regis Ægypti, qui fuit annus Mundi ter milleſimus ſeptingenteſimus viceſimus, facta eſt celeberrima illa verſio ſacrarum Scripturarum ex lingua Hebraica in Græcam à ſeptuaginta duobus viris doctiſſimis, non ſine miraculo divino, convenientibus tot hominibus in unam, & eandem verſionem, ut ſcribunt Philo lib. 2. de vita Moyſis, Ioſephus lib. 12. antiq. cap. 2. Tertullianus in Apologetico cap. 18. Athanaſius in Synopſi, Ephiphanius de menſuris, & ponderibus, & Auguſtin. lib. 18. de Civit. Dei cap. 45. ſed Epiphanius non ſolum nominat Regem, ſed etiam annum 17. Regni ejus. Qui fuerint viri illi doctiſſimi, & nomina, exponit Ariſtæas in ſuo libro de ſeptuaginta duobus interpretibus, qui extat in bibliotheca ſanctorum Patrum tomo 7. editionis ſecundæ. Et quamvis aliqui recentiores exiſtiment, Ariſtæam, qui nunc extat, non eſſe illum, qui vixit tempore ipſorum ſeptuaginta interpretum, ſed confictum ab Hebræis: tamen verè eſſe illum ipſum, ſatis probatur ex eo, quòd omnia, quæ citant ex Ariſtæa Ioſephus lib. 12. antiq. cap. 2. Tertullianus in Apologet. cap. 18. Euſebius lib. octavo de præparatione Evangelica cap. 11., & S. Hieronymus præfatione in Pentateuchum, inveniuntur in hoc noſtro ad verbum.

Vide ſi placet, de 72. Interpretibus in noſtro lib. 2. cap. 6. de verbo Dei.

*De Jeſu Sirach.* 3759.

JEſus Sirach, qui auctor eſt libri ſacri, qui dicitur Eccleſiaſticus, vixit tempore Ptolomæi



Digitized by Google

Evergetis Regis Ægypti, ut ipſe teſtatur in præfatione ad librum ſuum: ipſe autem ſe nominat Ieſum Sirach in fine capitis quinquageſimi. Hunc ſacrum librum hæretici recentiores contemnunt: ſed eum, ut divinum, & ſacrum agnoſcunt Patres Concilii Carthaginenſis Tertii cap. 47. & Trident. ſeſſ. 4. Item Pontifices, Innocentius in epiſt. ad Exuperium, & Gelaſius in Decreto de libris ſacris: item S. Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap.8. Epiphanius in hæreſi Anomæorum, Cyprianus lib. 3. epiſt. 9. Clemens Alexandrin. lib. 7. Stromatum, & alii.

*De Auctore librorum Machabæorum.* 3860.

Libri Machabæorum ultimi ſunt inter ſacros libros teſtamenti veteris: ſunt autem duo libri (nam duo alii inter apocryphos numerantur) quorum prior continet res geſtas Mathathiæ, & trium filiorum ejus, Iudæ Machabæi, Ionathæ, & Simonis, ab anno mundi 3822. uſque ad annum 3856. Hujus libri ignoratur auctor: ſed credibile eſt auctorem fuiſſe Ioannem Hircanum, filium Simonis, qui rebus omnibus interfuit; & fuit ſummus Sacerdos poſt patrem ſuum Simonem, & habuit vitam diuturnam, & pacificam in principatu, annorum triginta & unius, & fuit non ſolùm Sacerdos, & princeps, ſed etiam propheta, ut ſcribit Ioſephus lib. 13. antiq. cap. 16. Poſterioris libri Machabæorum, qui continet hiſtoriam eandem, ſed paulo altiùs incipit, & narrat martyrium inſigne Eleazari, & ſeptem puerorum Machabæorum, & Matris ipſorum, auctor fuit Iaſon Cyrenæus, qui libris quinque omnem hanc hiſtoriam comprehendit: quorum librorum epitomen ſolùm habemus, ut dicitur lib. 2. Machabæorum cap. 2. Hos libros, quicquid hære-

Digitized by Google

tici obſtrepunt, ut verè Canonicos habet Eccleſia, ut perſpicuum eſt ex Concilio Tertio Carthag. & Tridentino, ex epiſt. Innocentii primi ad Exuperium, & Gelaſio in Decreto de ſcripturis ſacris, ex ſancto Cypriano lib. 1. epiſt. 3. ad Cornelium, & ſancto Auguſtino lib. 18. de Civitate Dei cap. 36. & lib. 2. contra Gaudentium cap. 23. præter hos libros ſacros enumerat S. Athanaſius in *ſynopſi* aliquot libros apocryphos, qui non extant.

## *De Philone Hebræo.* 4024.

PHilo Hebræus, vir omnium conſenſu doctiſſimus, floruit ſub Cajo Imperatore, ad quem etiam legatione functus eſt pro gente ſua. Hioponitur à ſancto Hieronymo inter ſcriptores Eccleſiaſticos, quia ſcripſit in laudem Chriſtianorum, qui ſub ſancto Marco Evangeliſta in Ægypto religioſiſſimè vivebant. Et præterea jure numeratur inter ſcriptores Eccleſiaſticos Teſtamenti Veteris, quoniam ſcripturas divinas Teſtamenti veteris primus expoſuit. ſcripſit plura quorum Catalogum refert Euſebius lib. 2. hiſtor. cap. 17. ſed non omnia extant. Ejus opera ex editione Baſileenſi anni 1561. hæc ſunt.

*De Mundi opificio lib.* 1
*De Allegoriis legis.* 2
*Quod deterius potiori inſidietur.* 1
*De Agricultura.* 1
*De plantatione Noë* 1
*De temulentia Noë,* 1
*In illud, Reſipuit Noë.* 1
*De Gigantibus.* 1
*Quod Deus ſit immutabilis.* 1
*De confuſione linguarum.* 1
*De Abrahamo.* 1
*De Decalogo.* 1
*De Cherubim.* 1
*De ſacrificiis Abel, & Cain.* 1
*De Specialib. legibus.* 1
*De Circumciſione.* 1



Digitized by Google

*De Monarchia.* 2
*De Sacerdotum honoribus.* 1
*De Victimis.* 1
*De offerentibus victimas.* 1
*De Meretricis mercede.* 1
*Quod omnis probus liber.* 1
*De vita Contemplativa.* 1
*De nobilitate.* 1
*De Profugis.* 1
*Quis rerum divinarum ſit hæres.* 1
*De Joſeph.* 2
*De Moyſis vita.* 3
*De Charitate.* 1
*De Creatione principis.* 1
*De fortidudine.* 1
*De præmiis, & pœnis.* 1
*De execratione.* 1
*Quod Mundus ſit incorruptibilis.* 1
*In Flaccum.* 1
*De legatione ad Caium.* 1


De his libris non eſt controverſia.

Circumfertur nomine Philonis Breviarium temporum: ſed ab omnibus rejicitur, ut etiam alii hiſtorici, qui cum eo Breviario ſimul editi ſunt.

### *De Joſepho Hebræo.* 4067.

JOſephus Hebræus floruit ſub Veſpaſiano Imperatore, cui prædixit Imperium, cùm ab eo captivus detineretur ſcripſit.

*Antiquitatum Judaicarum, lib.* 20.
*De Bello Judaico.* 7.
*Contra Apionem.* 2.
*De Machabæis.* 1.

*Vitam ipſe ſuam addidit ad libros antiquit.*

Porrò in libris antiquitatum comprehendit Joſephus hiſtoriam ſacram à Geneſi uſque ad Machabęos, & deinde addidit reliquam hiſtoriam uſque ad ſua tempora. Libro autem 18. antiquitatum cap. 4. reddit Chriſto mirabile teſtimonium, affirmans eum fuiſſe pluſquam hominem, & verè Chriſtum, in operibus magnificum, in verbis veraciſſimum, & à Pilato quidem occiſum, ſed tertiâ die reſurrexiſſe: cujus teſtimonii meminit Euſebius lib.

Digitized by Google

1. *hiſtor.* Eccl. cap. 11. & S. Hieronymus in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Joſepho.

Quod autem Hebræi dicunt, teſtimonium illud de Chriſto in ſuis libris non haberi; & ideo videri ſuperadditum à Chriſtianis; facilè refelli poteſt. Nam Hebræi non habent Joſephum filium Matathiæ, qui Græcè ſcripſit libros antiquitatum, de quo nos loquimur; ſed Joſephum filium Gorionis, qui aliquid ſimile ſcripſit Hebraicè: proinde non eſt mirum, ſi Judæi in ſuo Joſepho hoc teſtimonium non habeant, cùm in noſtro habeatur, & non ſit ſuperadditum; ſed verum & germanum Joſephi teſtimonium.

Certè ſanctus Hieronymus, & Euſebius viri doctiſſimi fuerunt, & omnes penè libros veterum Scriptorum legerunt: & numquam hoc teſtimonium de Chriſto, Joſepho tribuiſſent, niſi ſciviſſent verè ab illo auctore ita ſcriptum fuiſſe.

Omiſi libros Rabinorum, qui plurimi ſunt, quoniam pleni ſunt fabulis Judaicis, & erroribus perniciosis: neque verum eſſe arbitror, quod Jo. Garetius, & alii nonnulli ſcribunt, Rabinos aliquot, quorum opera nunc extant, ſcripſiſſe ante adventum Chriſti; video enim paſſim ab iis mentionem fieri everſionis Hieruſalem, & Templi per Titum Veſpaſiani filium.



Digitized by Google

# DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS TESTAMENTI NOVI.

## Seculum primum ab anno Dom. 1. ad 100.

*De S. Petro Apoſtolo. Anno Dom.* 34.

Sanctum Petrum in Catalogo primum ponimus, & ſignamus anno 34. Quia ill anno Domini vivebat, & Eccleſiam re gere cœperat.

Quamvis enim extet apud Euſebium lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 13. Epiſtola Domini noſtri Jeſu Chriſti ſcripta ad Abagarum Regem Edeſſæ: tamen ea epiſtola numquam fuit admiſſa ab Eccleſia inter ſcripturas canonicas, inter quas ſine dubio admiſſa fuiſſet, ſi ab ipſo Domino ſcriptam fuiſſe conſtaret.

Quamvis etiam extent Cantica B. Virginis Mariæ, *Z*achariæ, & Simeonis, ea tamen non ab ipſis, ſed à ſancto Luca ſcriptis mandata fuerunt.

Denique quamvis inter epiſtolas ſancti Ignatii Martyris inveniatur una B. Virginis Mariæ ad ipſum Ignatium: ea tamen non habetur in Græcis codicibus, neque ejus meminerunt veteres Patres ante ſanctum Bernardum; proinde non conſtat, an ſit verè B. Virginis epiſtola.

Quod autem attinet ad ordinem inter ſcriptores ſacros teſtamenti novi, quoniam eodem vixerunt ſeculo, ſecuti ſumus ordinem, quem Eccleſia ſe-

Digitized by Google

quitur in illis collocandis, tum in Litaniis, tum in ſacrificio Miſſæ,

Ergo ſanctus Petrus Apoſtolus, & Chriſtianorum ſummus Pontifex, & Vicarius Jeſu Chriſti, qui eſt Sacerdos in æternum, anno Domini trigeſimo tertio, vel ſecundùm alios trigeſimo quarto Eccleſiæ Chriſtianæ præſidere cœpit, & anno ſexageſimo nono, vel ſecundùm alios ſeptuageſimo; martyrio coronatus eſt.

Sanctus Hieronymus in lib. de ſcript. Eccl. ſcribit ſanctum Petrum crucifixum fuiſſe anno quarto decimo Neronis. Sed ſanctus Hieronym. Euſebii Chronicon ſecutus eſt. Verè enim Nero non imperavit annis quatuordecim, & menſibus octo ut Euſebius ſcribit, ſed annis tredecim, & menſibus ſeptem, ut ſcribunt Suetonius, Dio, & alii: & quoniam imperare cœpit à die quartadecima octobris iiſdem auctoribus; inde fit, ut ſanctus Petrus, qui die viceſimo nono Junii obiit; non anno quartodecimo, ſed tertio decimo Neronis obierit.

Scripſit *Epiſtolas duas*, ac de priore nulla unquam dubitatio fuit: de poſteriore propter ſtyli diverſitatem nonnulla apud aliquos ambiguitas fuit. Sed Eccleſia utramque epiſtolam, & canonicam, & ſancti Petri eſſe docuit in Concilio Laödiceno, Carthaginenſi Tertio, Florentino, & Tridentino: & merito Beda venerabilis admiratur, fuiſſe aliquos, qui epiſtolam illam ſancti Petri fuiſſe dubitare potuerint, cùm auctor Simonem Petrum ſe initio nominet, & affirmet, ſe in monte ſancto cum Chriſto fuiſſe in transfiguratione, & diſertè dicat, Hanc ſecundam vobis ſcribo epiſtolam. Hinc enim ſequitur, ut auctor hujus epiſtolæ, vel fuerit inſignis impoſtor, quod nemo unquam dicere auſus eſt, vel fuerit ſanctus Petrus.

Cur autem diverſus eſſe videatur ſtylus prioris,

Digitized by Google

& poſterioris epiſtolæ, rationem reddit S. Hiero-nymus in epiſtola ad Hedibiam quæſt. 11. quoniam Apoſtolus non ſemper eodem interprete utebatur.

Addit ſanctus Hieronymus in lib. de Scrip. Eccl. multos alios libros olim ſub nomine ſancti Petri ſcriptos fuiſſe; quos ipſe ibidem enumerat; ſed omnino apocryphos, imò ſpurios, & ſuppoſititios fuiſſe vel ex eo conſtat, quòd nunquam ab Eccleſia, vel in Catalogum ſanctarum Scripturarum redacti, vel in Bibliis ſacris repoſiti, vel in templis recitati ſint, & hoc tempore non ipſi ſolùm, ſed eorum nomina, & memoria evanuerint.

## *De S. Paulo Apoſtolo. anno 35.*

Sanctus Paulus apoſtolus ab ipſo Chriſto de cœlo vocatus, & per cœleſtem revelationem Evangelium pleniſſimè edoctus, repentè de perſecutore prædicator eximius factus, eodem anno, & die, quo ſanctus Petrus, martyrio coronatus eſt: cujus rei Euſebius in chronico, ſanctus Hieronymus de ſcrip. Eccl. & omnis antiquitas teſtis eſt.

Scripſit *epiſtolas quatuordecim.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Ad Romanos.* | 1 | *Ad Theſſalonicenſes.* | 2 |
| *Ad Corinthios.* | 2 | *Ad Timotheum.* | 2 |
| *Ad Galatas.* | 1 | *Ad Titum.* | 1 |
| *Ad Epheſios.* | 1 | *Ad Philemonem.* | 1 |
| *Ad Philippenſes.* | 1 | *Ad Hebræos.* | 1 |
| *Ad Coloſſenſes.* | 1 | | |

Et quidem de primis tredecim nulla unquam controverſia fuit. Epiſtolam ad Hebræos, teſte ſancto Hieronymo in lib. de ſcript. Eccl. alii tribuebant Barnabæ, alii Lucæ, alii Clementi Romano: nec defuerunt hæretici veteres, & recentiores, qui huic epiſtolæ auctoritatem detraherent. Cæterùm eſſe eam & verè canonicam, & à ſancto Paulo ſcriptam,

:eſtis eſt Eccleſia catholica univerſa, quæ illam le-
ʒit aſſiduè inter miſſarum ſolemnia ſub nomine B.
Pauli apoſtoli: teſtes ſunt Patres Conciliorum ſupra
:itatorum, qui hanc epiſtolam in numerum divi-
ıarum ſcripturarum poſuerunt: teſtes veteres Patres,
qui eam ad probanda dogmata fidei paſſim addu-
cunt. Vide, ſi placet, de hac epiſtola integram diſ-
putationem in controverſiis noſtris lib. 1. de verbo
Dei cap. 17,

Præter has epiſtolas quatuordecim, fertur & alia ſub nomine B. Pauli ad Laödicenſes, ſed ea (inquit ſanctus Hieronymus in lib. de ſcrip. Eccl.) ab omnibus exploditur.

Feruntur quoque ſub ejuſdem B. Pauli nomine epiſtolæ quædam breves ad Senecam, quas ſanctus Hieronymus in eodem libro, de Seneca, non videtur contemſiſſe. Sed Eccleſia catholica neque epiſtolam ad Laödicenſes, neque epiſtolas ad Senecam in catalogo ſcripturarum poſuit, ac per hoc B. Pauli eas non eſſe cenſuit.

## De S. Joanne Apoſtolo. 34.

Sanctus Joannes Apoſtolus, & Evangeliſta, dilectus Deo, & hominibus, uſque ad Traiani imperatoris tempora pervenit, & ſexageſimo octavo poſt paſſionem Domini anno, qui erat annus à nativitate ejuſdem Domini noſtri, centeſimus, vel centeſimus primus, in pace quievit: teſtes Euſebius in chron. ſanctus Hieronymus, in lib. de ſcrip. Eccl. & alii.

Scripſit *Evangelium, Apocalypſim, & Epiſtolas tres*: & quidem evangelium, de quo nulla fuit unquam dubitatio, ſcripſit poſt alios tres Evangeliſtas. Et quoniam ſancti Apoſtoli brevitati ſtudebant maximè, ideò ſanctus Joannes fere omnia prætermiſit

Digitized by Google

quæ ab aliis ſcripta fuerant: ea ſiquidem ſola repe
tiit, quibus aliquid addendum eſſe exiſtimavit.

De Apocalypſi dubitatio aliqua fuit olim, apud Græcos præcipuè, & nunc eſt apud hæreticos noſtri temporis: quemadmodum etiam de ſecunda & tertia epiſtola. Sed Eccleſia catholica tum Apocalypſim, tum Epiſtolas illas duas, ut Evangelium & Epiſtolam primam, in numerum ſanctarum ſcripturarum ſub nomine ſancti Joannis recipit.

Vide controverſias noſtras lib. 1. de verbo Dei, cap. 18. & 19.

## *De S. Matthæo Apoſtolo.* 34.

SAnctus Matthæus Apoſtolus primus omnium *Evangelium* ſcripſit, linguâ patriâ, id eſt, Hebraicâ; teſtis eſt ſanctus Hieronym. in lib. de ſcript. Eccl. qui etiam vidiſſe ſe, & deſcripſiſſe affirmat Evangelium ſancti Matthæi linguâ Hebraicâ ſcriptum, & ante Hieronymum id ipſum teſtati ſunt Epiphanius hæreſi 29. quæ eſt Nazareorum, Euſeb lib. 3. hiſtor. cap. 24. & Irenæus lib. 3. cap. 1.

Quis in linguam Græcam tranſtulerit hebraicum Matthęi Evangelium, ignorari ſcribit ſanctus Hieronymus, ſanctus Athanaſius in ſynopſi ſcribit à ſancto Jacobo fratre Domini fuiſſe expoſitum Evangelium ſancti Matthæi.

Utrum illa expoſitio fuerit verſio in Græcum non ſcimus.

De hoc ſacro libro nulla fuit unquam dubitatio

## *De S. Jacobo Apoſtolo.* 34.

SAnctus Jacobus Apoſtolus *epiſtolam unam* ſcri
ſit, quæ de ſeptem Catholicis eſt. Ac de ipſo Ja
cobo, ut etiam de ejus epiſtola nonnulla quæſtio
Græci in Menologio tres Jacobos Apoſtolos

Digitized by Google

lebrant, Jacobum Alphæi die nono octobris; Jacobum fratrem Domini, die viceſimo tertio ejuſdem menſis & Jacobum Zebedæi die 30. Aprilis.

Sanctus quoque Hieronymus in lib. contra Helvidium meminit hujus opinionis, quæ tres Jacobos facit, duos ex numero duodecim apoſtolorum, & unum extra numerum. Sed rectè idem ſanctus Hieronymus in eodem loco hanc opinionem refellit: nam idem omnino eſt Jacobus Alphæi, & Jacobus frater Domini, qui & minor dicitur in Evangelio: & duos tantum novit, & celebrat Eccleſia latina, Jacobum fratrem Joannis die 25. Julii & Jacobum Alphæi fratrem Domini die primo Maii.

Cur autem dicatur frater Domini, varie ſentiunt auctores. Helvidius hæreticus auſus eſt dicere, dictum eſſe fratrem Domini, quod eſſet filius B. virginis Mariæ ex Joſeph. Sed hæc hæreſis eſt manifeſta. Euſebius lib. 2. hiſtor. cap. 1. & Epiphanius hæreſi 78. volunt eum fuiſſe filium Joſeph de priore uxore, ac per hoc fratrem Chriſti eo modo, quo dicitur Joſeph pater Chriſti, videlicet putatitius, non verus.

Sed verius eſt, ſanctum Joſeph fuiſſe perpetuò virginem, ut erat ejus ſanctiſſima conjux, & Jacobum fuiſſe filium Cleophæ, qui Cleophas fuit frater ſancti Joſephi: hinc enim Maria Cleophæ dicitur ſoror matris Domini Jo. 19. quia erat uxor Cleophæ fratris Joſeph : uſitatum enim eſt, ut conjuges duorum fratrum ſorores nominentur: & quemadmodum Maria Cleophæ dicebatur ſoror Mariæ matris Domini: ſic etiam Jacobus dicebatur frater Domini, quia erat filius ſororis Matris Domini

Hanc ſententiam colligo partim ex Egeſippo, partim ex Evangelio, Egeſippus enim apud Euſebium lib. 3. Hiſt. cap. 11. ex verſione Ruffini, dicit, Simeonem fuiſſe conſobrinum fratrem ſalva-

Digitized by Google

toris, quia erat filius Cleophæ fratris Joſephi ſponſi B. Mariæ matris Domini.

Porrò ſanctum Jacobum minorem fuiſſe fratrem Simonis, & Joſeph, & Judæ, teſtatur Evangelium ſancti Matthæi cap. 13. & Marci 6. ubi dicuntur fratres Domini Jacobus, & Simon, & Judas, & hoc idem teſtatur Epiphanius hæreſi 78. quare ſi Simon, ſive Simeon [idem enim eſt nomen] erat frater Jacobi, & Simeonis pater erat Cleophas frater Joſephi: certè ſequitur, ut pater Jacobi fuerit Cleophas, non Joſeph.

Neque huic ſententiæ repugnat, quod ſanctus Jacobus minor dicatur in Evangelio, Jacobus Alphæi: poteſt enim fieri, ut pater ſancti Jacobi fuerit binomius, quemadmodum ſanctus Matthæus dicitur etiam Levi, & ſanctus Petrus dicitur etiam Simon: & obſervat ſanctus Hieronymus in libro contra Helvidium, in ſacris ſcripturis, multos eſſe binomios.

Quod attinet ad epiſtolam ejus, non defuerunt olim, qui de ejus auctoritate dubitarent, ut etiam hoc tempore ab hæreticis in dubium revocatur. Sed certiſſime epiſtola ſacra, & canonica eſt; de qua re vide quæ ſcripſimus lib. 1. de verbo Dei c. 18.

Extat nomine ſancti Jacobi Proto-Evangelium, ſed ab Eccleſia nunquam receptum.

Extat etiam liturgia eidem ſancto Jacobo attributa, quæ tamen à poſterioribus ita locupletata eſt, ut non ſit facile dijudicare, quæ pars ejus liturgiæ ſanctum Jacobum habeat auctorem.

Obiit hic Beatiſſimus Apoſtolus glorioſo martyrio coronatus anno ſeptimo Neronis, ut ſcribit ſanctus Hieronymus in libro de ſcript. Eccl.

Quod autem Epiphanius ſcribit hæreſi 78. obiiſſe ſanctum Jacobum anno ætatis ſuæ nonageſimo ſexto, non videtur probabile. Fundamentum enim hu-

jus

jus numeri eſt opinio illa falſa Epiphanii, quod ſanctus Ioſeph anno quadrageſimo ætatis ſuæ genuerit Iacobum, deinde anno octogeſimo viduus exiſtens, acceperit Mariam conjugem; quo tempore fuiſſet Iacobus annorum quadraginta, quibus ſi addamus triginta tres annos Domini, & viginti quatuor, quibus poſt aſcenſionem Domini Iacobus ſupervixit, ut idem Epiphanius dicit, fient anni Iacobi nonaginta ſex completi.

Sed hic multa ſunt improbabilia; nam nec probabile eſt, Iacobum filium fuiſſe Ioſeph: nec Ioſeph annorum octoginta accepiſſe Mariam in conjugem: nec Iacobum electum eſſe ad Apoſtolatum, cùm eſſet pene decrepitus: nec eundem Iacobum ſupervixiſſe ſolum annis viginti quatuor, cum ex communi opinione gubernaverit Eccleſiam Hieroſolymitanam annis triginta, & obierit anno ſeptimo Neronis.

*De S. Juda Apoſtolo.* 34.

Sanctus Iudas frater Iacobi Apoſtolus ex duodecim, unam, eamque *brevem* ſcripſit *epiſtolam*, quam Eccleſia, ut ſacram, & canonicam recipit.

Vide quæ ſcripſimus lib. 2. de verbo Dei, cap. 18. De obitu hujus Apoſtoli nihil habemus certi.

*De S. Marco Evangeliſta.* 44.

Sanctus Marcus Evangeliſta martyrio coronatus anno octavo Neronis, *breve* ſcripſit *Evangelium* teſtis ſanctus Hieronym. in lib. de ſcript. Eccl. græce ſcriptum initio S. Marci Evangelium, ſcribunt S. Hieronym. in præfatione ad Damaſum & S. Auguſtinus lib. 1. cap. 2. de conſenſu Evangeliſtarum. Latine autem ſcriptum, teſtatur Damaſus in vita ſancti Petri, quæ ponitur ad initium primi tomi Conciliorum: teſtantur etiam Syri, qui ad finem Evangelii ſecundum Marcum ſcribunt, Evangelium ſancti Marci Romæ, & linguâ romanâ ſcriptum.



Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| *De Monarchia.* | 2 | *hæres.* | 1 |
| *De Sacerdotum honoribus.* | 1 | *De Joſeph.* | 2 |
| *De Victimis.* | 1 | *De Moyſis vita.* | 3 |
| *De offerentibus victimas.* | 1 | *De Charitate.* | 1 |
| *De Meretricis mercede.* | 1 | *De Creatione principis.* | 1 |
| *Quod omnis probus liber.* | 1 | *De fortidudine.* | 1 |
| *De vita Contemplativa.* | 1 | *De præmiis, & pœnis.* | 1 |
| *De nobilitate.* | 1 | *De execratione.* | 1 |
| *De Profugis.* | 1 | *Quod Mundus ſit incorruptibilis.* | 1 |
| *Quis rerum divinarum ſit* | | *In Flaccum.* | 1 |
| | | *De legatione ad Caium.* | 1 |

De his libris non eſt controverſia.

Circumfertur nomine Philonis Breviarium temporum: ſed ab omnibus rejicitur, ut etiam alii hiſtorici, qui cum eo Breviario ſimul editi ſunt.

*De Joſepho Hebræo.* 4067.

JOſephus Hebræus floruit ſub Veſpaſiano Imperatore, cui prædixit Imperium, cùm ab eo captivus detineretur ſcripſit.

| | |
|---|---|
| *Antiquitatum Judaicarum, lib.* | 20. |
| *De Bello Judaico.* | 7. |
| *Contra Apionem.* | 2. |
| *De Machabæis.* | 1. |

*Vitam ipſe ſuam addidit ad libros antiquit.*

Porrò in libris antiquitatum comprehendit Joſephus hiſtoriam ſacram à Geneſi uſque ad Machabęos, & deinde addidit reliquam hiſtoriam uſque ad ſua tempora. Libro autem 18. antiquitatum cap. 4. reddit Chriſto mirabile teſtimonium, affirmans eum fuiſſe pluſquam hominem, & verè Chriſtum, in operibus magnificum, in verbis veraciſſimum, & à Pilato quidem occiſum, ſed tertiâ die reſurrexiſſe: cujus teſtimonii meminit Euſebius lib.

Digitized by Google

1. hiſtor. Eccl. cap. 11. & S. Hieronymus in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Joſepho.

Quod autem Hebræi dicunt, teſtimonium illud de Chriſto in ſuis libris non haberi; & ideo videri ſuperadditum à Chriſtianis; facilè refelli poteſt. Nam Hebræi non habent Joſephum filium Matathiæ, qui Græcè ſcripſit libros antiquitatum, de quo nos loquimur; ſed Joſephum filium Gorionis, qui aliquid ſimile ſcripſit Hebraicè: proinde non eſt mirum, ſi Judæi in ſuo Joſepho hoc teſtimonium non habeant, cùm in noſtro habeatur, & non ſit ſuperadditum; ſed verum & germanum Joſephi teſtimonium.

Certè ſanctus Hieronymus, & Euſebius viri doctiſſimi fuerunt, & omnes penè libros veterum Scriptorum legerunt: & numquam hoc teſtimonium de Chriſto, Joſepho tribuiſſent, niſi ſciviſſent verè ab illo auctore ita ſcriptum fuiſſe.

Omiſi libros Rabinorum, qui plurimi ſunt, quoniam pleni ſunt fabulis Judaicis, & erroribus perniciosis: neque verum eſſe arbitror, quod Jo. Garetius, & alii nonnulli ſcribunt, Rabinos aliquot, quorum opera nunc extant, ſcripſiſſe ante adventum Chriſti; video enim paſſim ab iis mentionem fieri everſionis Hieruſalem, & Templi per Titum Veſpaſiani filium.



Digitized by Google

# DE
# SCRIPTORIBUS
## ECCLESIASTICIS
### TESTAMENTI NOVI.
Seculum primum ab anno Dom. 1. ad 100.

*De S. Petro Apoſtolo. Anno Dom.* 34.

SAnctum Petrum in Catalogo primum ponimus, & ſignamus anno 34. Quia illo anno Domini vivebat, & Eccleſiam regere cœperat.

Quamvis enim extet apud Euſebium lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 13. Epiſtola Domini noſtri Jeſu Chriſti ſcripta ad Abagarum Regem Edeſſæ: tamen ea epiſtola numquam fuit admiſſa ab Eccleſia inter ſcripturas canonicas, inter quas ſine dubio admiſſa fuiſſet, ſi ab ipſo Domino ſcriptam fuiſſe conſtaret.

Quamvis etiam extent Cantica B. Virginis Mariæ, Zachariæ, & Simeonis, ea tamen non ab ipſis, ſed à ſancto Luca ſcriptis mandata fuerunt.

Denique quamvis inter epiſtolas ſancti Ignatii Martyris inveniatur una B. Virginis Mariæ ad ipſum Ignatium: ea tamen non habetur in Græcis codicibus, neque ejus meminerunt veteres Patres ante ſanctum Bernardum; proinde non conſtat, an ſit verè B. Virginis epiſtola.

Quod autem attinet ad ordinem inter ſcriptores ſacros teſtamenti novi, quoniam eodem vixerunt ſeculo, ſecuti ſumus ordinem, quem Eccleſia ſe-

Digitized by Google

quitur in illis collocandis, tum in Litaniis, tum in ſacrificio Miſſæ,

Ergo ſanctus Petrus Apoſtolus, & Chriſtianorum ſummus Pontifex, & Vicarius Jeſu Chriſti, qui eſt Sacerdos in æternum, anno Domini trigeſimo tertio, vel ſecundùm alios trigeſimo quarto Eccleſiæ Chriſtianæ præſidere cœpit, & anno ſexageſimo nono, vel ſecundùm alios ſeptuageſimo, martyrio coronatus eſt.

Sanctus Hieronymus in lib. de ſcript. Eccl. ſcribit ſanctum Petrum crucifixum fuiſſe anno quarto decimo Neronis. Sed ſanctus Hieronym. Euſebii Chronicon ſecutus eſt. Verè enim Nero non imperavit annis quatuordecim, & menſibus octo ut Euſebius ſcribit, ſed annis tredecim, & menſibus ſeptem, ut ſcribunt Suetonius, Dio, & alii: & quoniam imperare cœpit à die quartadecima octobris iiſdem auctoribus; inde fit, ut ſanctus Petrus, qui die viceſimo nono Junii obiit; non anno quartodecimo, ſed tertio decimo Neronis obierit.

Scripſit *Epiſtolas duas*, ac de priore nulla unquam dubitatio fuit: de poſteriore propter ſtyli diverſitatem nonnulla apud aliquos ambiguitas fuit. Sed Eccleſia utramque epiſtolam, & canonicam, & ſancti Petri eſſe docuit in Concilio Laodiceno, Carthaginenſi Tertio, Florentino, & Tridentino: & meritò Beda venerabilis admiratur, fuiſſe aliquos, qui epiſtolam illam ſancti Petri fuiſſe dubitare potuerint, cùm auctor Simonem Petrum ſe initio nominet, & affirmet, ſe in monte ſancto cum Chriſto fuiſſe in transfiguratione, & diſertè dicat, Hanc ſecundam vobis ſcribo epiſtolam. Hinc enim ſequitur, ut auctor hujus epiſtolæ, vel fuerit inſignis impoſtor, quod nemo unquam dicere auſus eſt, vel fuerit ſanctus Petrus.

Cur autem diverſus eſſe videatur ſtylus prioris,

& poſterioris epiſtolæ, rationem reddit S. Hieronymus in epiſtola ad Hedibiam quæſt. 11. quoniam Apoſtolus non ſemper eodem interprete utebatur.

Addit ſanctus Hieronymus in lib. de Scrip. Eccl. multos alios libros olim ſub nomine ſancti Petri ſcriptos fuiſſe; quos ipſe ibidem enumerat; ſed omninò apocryphos, imò ſpurios, & ſuppoſititios fuiſſe vel ex eo conſtat, quòd nunquam ab Eccleſia, vel in Catalogum ſanctarum Scripturarum redacti, vel in Bibliis ſacris repoſiti, vel in templis recitati ſint, & hoc tempore non ipſi solùm, ſed eorum nomina, & memoria evanuerint.

## *De S. Paulo Apoſtolo. anno 35.*

Sanctus Paulus apoſtolus ab ipſo Chriſto de cœlo vocatus, & per cœleſtem revelationem Evangelium pleniſſimè edoctus, repentè de perſecutore prædicator eximius factus, eodem anno, & die, quo ſanctus Petrus, martyrio coronatus eſt: cujus rei Euſebius in chronico, ſanctus Hieronymus de ſcrip. Eccl. & omnis antiquitas teſtis eſt.

Scripſit *epiſtolas quatuordecim.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Ad Romanos.* | 1 | *Ad Theſſalonicenſes.* | 2 |
| *Ad Corinthios.* | 2 | *Ad Timotheum.* | 2 |
| *Ad Galatas.* | 1 | *Ad Titum.* | 1 |
| *Ad Epheſios.* | 1 | *Ad Philemonem.* | 1 |
| *Ad Philippenſes.* | 1 | *Ad Hebræos.* | 1 |
| *Ad Coloſſenſes.* | 1 | | |

Et quidem de primis tredecim nulla unquam controverſia fuit. Epiſtolam ad Hebræos, teſte ſancto Hieronymo in lib. de ſcript. Eccl. alii tribuebant Barnabæ, alii Lucæ, alii Clementi Romano: nec defuerunt hæretici veteres, & recentiores, qui huic epiſtolæ auctoritatem detraherent. Cæterùm eſſe eam & verè canonicam, & à ſancto Paulo ſcriptam,

Digitized by Google

eſtis eſt Eccleſia catholica univerſa, quæ illam le-
;it aſſiduè inter miſſarum ſolemnia ſub nomine B.
auli apoſtoli: teſtes ſunt Patres Conciliorum ſupra
itatorum, qui hanc epiſtolam in numerum divi-
arum ſcripturarum poſuerunt: teſtes veteres Patres,
ui eam ad probanda dogmata fidei paſſim addu-
unt. Vide, ſi placet, de hac epiſtola integram diſ-
utationem in controverſiis noſtris lib. 1. de verbo
)ei cap. 17,

Præter has epiſtolas quatuordecim, fertur & alia
ub nomine B. Pauli ad Laödicenſes, ſed ea (inquit
anctus Hieronymus in lib. de ſcrip. Eccl.) ab om-
ibus exploditur.

Feruntur quoque ſub ejuſdem B. Pauli nomine
piſtolæ quædam breves ad Senecam, quas ſanctus
lieronymus in eodem libro, de Seneca, non vi-
etur contemſiſſe. Sed Eccleſia catholica neque epi-
tolam ad Laödicenſes, neque epiſtolas ad Senecam
a catalogo ſcripturarum poſuit, ac per hoc B.
'auli eas non eſſe cenſuit.

## *De S. Joanne Apoſtolo.* 34.

Sanctus Joannes Apoſtolus, & Evangeliſta, di-
lectus Deo, & hominibus, uſque ad Traiani
mperatoris tempora pervenit, & ſexageſimo octa-
o poſt paſſionem Domini anno, qui erat annus à
ativitate ejuſdem Domini noſtri, centeſimus, vel
enteſimus primus, in pace quievit: teſtes Euſebius
a chron. ſanctus Hieronymus, in lib. de ſcrip.
Eccl. & alii.

Scripſit *Evangelium, Apocalypſim, & Epiſtolas tres*:
t quidem evangelium, de quo nulla fuit unquam
lubitatio, ſcripſit poſt alios tres Evangeliſtas. Et
uoniam ſancti Apoſtoli brevitati ſtudebant maxi-
mè, ideò ſanctus Joannes fere omnia prætermiſit

Digitized by Google

quæ ab aliis ſcripta fuerant: ea ſiquidem ſola repetiit, quibus aliquid addendum eſſe exiſtimavit.

De Apocalypſi dubitatio aliqua fuit olim, apud Græcos præcipuè, & nunc eſt apud hæreticos noſtri temporis: quemadmodum etiam de ſecunda & tertia epiſtola. Sed Eccleſia catholica tum Apocalypſim, tum Epiſtolas illas duas, ut Evangelium & Epiſtolam primam, in numerum ſanctarum ſcripturarum ſub nomine ſancti Joannis recipit.

Vide controverſias noſtras lib. 1. de verbo Dei cap. 18. & 19.

## *De S. Matthæo Apoſtolo.* 34.

SAnctus Matthæus Apoſtolus primus omnium *Evangelium* ſcripſit, linguâ patriâ, id eſt, Hebraicâ; teſtis eſt ſanctus Hieronym. in lib. de ſcript. Eccl. qui etiam vidiſſe ſe, & deſcripſiſſe affirmat Evangelium ſancti Matthæi linguâ Hebraicâ ſcriptum, & ante Hieronymum id ipſum teſtati ſunt Epiphanius hæreſi 29. quæ eſt Nazareorum, Euſeb. lib. 3. hiſtor. cap. 24. & Irenæus lib. 3. cap. 1.

Quis in linguam Græcam tranſtulerit hebraicum Matthęi Evangelium, ignorari ſcribit ſanctus Hieronymus, ſanctus Athanaſius in ſynopſi ſcribit à ſancto Jacobo fratre Domini fuiſſe expoſitum Evangelium ſancti Matthæi.

Utrum illa expoſitio fuerit verſio in Græcum, non ſcimus.

De hoc ſacro libro nulla fuit unquam dubitatio.

## *De S. Jacobo Apoſtolo.* 34.

SAnctus Jacobus Apoſtolus *epiſtolam unam* ſcripſit, quæ de ſeptem Catholicis eſt. Ac de ipſo Jacobo, ut etiam de ejus epiſtola nonnulla quæſtio eſt.

Græci in Menologio tres Jacobos Apoſtolos ce

Digitized by Google

ebrant, Jacobum Alphæi die nono octobris; Jacobum fratrem Domini, die viceſimo tertio ejuſdem menſis & Jacobum Zebedæi die 30. Aprilis.

Sanctus quoque Hieronymus in lib. contra Helvidium meminit hujus opinionis, quæ tres Jacobos facit, duos ex numero duodecim apoſtolorum, & unum extra numerum. Sed rectè idem ſanctus Hieronymus in eodem loco hanc opinionem refellit: nam idem omnino eſt Jacobus Alphæi, & Jacobus frater Domini, qui & minor dicitur in Evangelio: & duos tantum novit, & celebrat Eccleſia latina, Jacobum fratrem Joannis die 25. Julii & Jacobum Alphæi fratrem Domini die primo Maii.

Cur autem dicatur frater Domini, varie ſentiunt auctores. Helvidius hæreticus auſus eſt dicere, dictum eſſe fratrem Domini, quod eſſet filius B. virginis Mariæ ex Joſeph. Sed hæc hæreſis eſt manifeſta. Euſebius lib. 2. hiſtor. cap. 1. & Epiphanius hæreſi 78. volunt eum fuiſſe filium Joſeph de priore uxore, ac per hoc fratrem Chriſti eo modo, quo dicitur Joſeph pater Chriſti, videlicet putatitius, non verus.

Sed verius eſt, ſanctum Joſeph fuiſſe perpetuò virginem, ut erat ejus ſanctiſſima conjux, & Jacobum fuiſſe filium Cleophæ, qui Cleophas fuit frater ſancti Joſephi: hinc enim Maria Cleophæ dicitur ſoror matris Domini Jo. 19. quia erat uxor Cleophæ fratris Joſeph : uſitatum enim eſt, ut conjuges duorum fratrum ſorores nominentur: & quemadmodum Maria Cleophæ dicebatur ſoror Mariæ matris Domini: ſic etiam Jacobus dicebatur frater Domini, quia erat filius ſororis Matris Domini

Hanc ſententiam colligo partim ex Egeſippo, partim ex Evangelio, Egeſippus enim apud Euſebium lib. 3. Hiſt. cap. 11. ex verſione Ruffini, dicit, Simeonem fuiſſe conſobrinum fratrem ſalva-

Digitized by Google

toris, quia erat filius Cleophæ fratris Joſephi ſponſi B. Mariæ matris Domini.

Porrò ſanctum Jacobum minorem fuiſſe fratrem Simonis, & Joſeph, & Judæ, teſtatur Evangelium ſancti Matthæi cap. 13. & Marci 6. ubi dicuntur fratres Domini Jacobus, & Simon, & Judas, & hoc idem teſtatur Epiphanius hæreſi 78. quare ſi Simon, ſive Simeon [idem enim eſt nomen] erat frater Jacobi, & Simeonis pater erat Cleophas frater Joſephi: certè ſequitur, ut pater Jacobi fuerit Cleophas, non Joſeph.

Neque huic ſententiæ repugnat, quod ſanctus Jacobus minor dicatur in Evangelio, Jacobus Alphæi: poteſt enim fieri, ut pater ſancti Jacobi fuerit binomius, quemadmodum ſanctus Matthæus dicitur etiam Levi, & ſanctus Petrus dicitur etiam Simon: & obſervat ſanctus Hieronymus in libro contra Helvidium, in ſacris ſcripturis, multos eſſe binomios.

Quod attinet ad epiſtolam ejus, non defuerunt olim, qui de ejus auctoritate dubitarent, ut etiam hoc tempore ab hæreticis in dubium revocatur. Sed certiſſime epiſtola ſacra, & canonica eſt; de qua re vide quæ ſcripſimus lib. 1. de verbo Dei c. 18.

Extat nomine ſancti Jacobi Proto-Evangelium, ſed ab Eccleſia nunquam receptum.

Extat etiam liturgia eidem ſancto Jacobo attributa, quæ tamen à poſterioribus ita locupletata eſt, ut non ſit facile dijudicare, quæ pars ejus liturgiæ ſanctum Jacobum habeat auctorem.

Obiit hic Beatiſſimus Apoſtolus glorioſo martyrio coronatus anno ſeptimo Neronis, ut ſcribit ſanctus Hieronymus in libro de ſcript. Eccl.

Quod autem Epiphanius ſcribit hæreſi 78. obiiſſe ſanctum Jacobum anno ætatis ſuæ nonageſimo ſexto, non videtur probabile. Fundamentum enim hujus

Digitized by Google

jus numeri eſt opinio illa falſa Epiphanii, quod ſanctus Ioſeph anno quadrageſimo ætatis ſuæ genuerit Iacobum, deinde anno octogeſimo viduus exiſtens, acceperit Mariam conjugem; quo tempore fuiſſet Iacobus annorum quadraginta, quibus ſi addamus triginta tres annos Domini, & viginti quatuor, quibus poſt aſcenſionem Domini Iacobus ſupervixit, ut idem Epiphanius dicit, fient anni Iacobi nonaginta ſex completi.

Sed hic multa ſunt improbabilia; nam nec probabile eſt, Iacobum filium fuiſſe Ioſeph: nec Ioſeph annorum octoginta accepiſſe Mariam in conjugem: nec Iacobum electum eſſe ad Apoſtolatum, cùm eſſet pene decrepitus: nec eundem Iacobum ſupervixiſſe ſolum annis viginti quatuor, cum ex communi opinione gubernaverit Eccleſiam Hieroſolymitanam annis triginta, & obierit anno ſeptimo Neronis.

*De S. Juda Apoſtolo.* 34.

SAnctus Iudas frater Iacobi Apoſtolus ex duodecim, unam, eamque *brevem* ſcripſit *epiſtolam*, quam Eccleſia, ut ſacram, & canonicam recipit.

Vide quæ ſcripſimus lib. 2. de verbo Dei, cap. 18. De obitu hujus Apoſtoli nihil habemus certi.

*De S. Marco Evangeliſta.* 44.

SAnctus Marcus Evangeliſta martyrio coronatus anno octavo Neronis, *breve* ſcripſit *Evangelium* teſtis ſanctus Hieronym. in lib. de ſcript. Eccl. græce ſcriptum initio S. Marci Evangelium, ſcribunt S. Hieronym. in præfatione ad Damaſum & S. Auguſtinus lib. 1. cap. 2. de conſenſu Evangeliſtarum. Latine autem ſcriptum, teſtatur Damaſus in vita ſancti Petri, quæ ponitur ad initium primi tomi Conciliorum: teſtantur etiam Syri, qui ad finem Evangelii ſecundum Marcum ſcribunt, Evangelium ſancti Marci Romæ, & linguâ romanâ ſcriptum.



Digitized by Google

Sed quicquid de hac re ſit, ſatis conſtat, latinam veterem & vulgatam editionem tam Matthæi quam Marci ex Græca editione tranſlatam.

*De S. Luca Evangeliſta.* 44.

SAnctus Lucas Evangeliſta ſancti Pauli comes, & ſectator, vixit annos octoginta quatuor, uxorem non habens: ſcripſitque *duo ſacra volumina, Evangelium, & Acta Apoſtolorum*: teſtis Hieronymus in lib. de ſcript. Eccl. Neque de his ulla controverſia eſt.

*De auctore libri, qui paſtor inſcribitur.*

HErmas ſive Hermes librum ſcripſit apud veteres valdè celebrem, quem inſcripſit *Paſtorem*. Hic liber quamvis à ſancto Hieronymo in lib. de ſcript. Eccl. utilis eſſe dicatur, & nomine ſcripturæ à ſancto Irenæo lib. 4. cap. 37. citetur; & ab aliis antiquiſſimis ſcriptoribus, ut Clemente Alexandrino, & Origine in teſtimonium adducatur: tamen nunquam fuit in canone ſanctorum, & divinorum librorum: nam Gelaſius in Concilio Romano inter apocrypha ſcripta illum rejecit, & S. Hieronymus in prologo Galeato: & S. ſanctus Athanaſius in libro de decretis Nicænæ ſynodi: & Euſebius lib. 3. hiſt. cap. 3. dicunt hunc librum non eſſe in canone; quod idem ſcripſit Tertullianus in lib. de pudicitia.

Quamvis autem hic liber multa utilia habeat, ut ſanctus Hieronymus ſcribit: habet tamen etiam aliqua noxia, ut de unica pœnitentia ſecundùm errores Novatianorum, quibus hic liber omnino favere videtur: ut etiam illud de duobus geniis, ſive de duobus Angelis uno bono, & altero malo, ſingulis hominibus à Deo tributis; quem errorem ex hoc auctore accepit Jo. Caſſianus, eumque poſuit in tertia decima collatione cap. 12. & ante eum Origenes homel. 35. in Lucam.

Quis autem iſte Hermes fuerit, non parva quæ-

Digitized by Google

ſtio eſt. Nam Origenes in cap. 16. ad Romanos, Euſebius lib. 3. hiſtor. cap. 3. & ſanctus Hieronymus in lib. de ſcript. Eccl. dicunt, hunc eſſe illum Hermam, quem ſalutari jubet Apoſtolus in epiſtola ad Romanos cap. 16. cum ait, ſalutate Aſyncritum Phlegontem, Hermam, &c. Damaſus autem, ſive potius Anaſtaſius bibliothecarius in vitis Pontificum quæ habentur ad initium primi tomi Conciliorum, ſcribit, Hermam, ſive Hermetem auctorem libri *Paſtoris* fuiſſe fratrem ſancti Pii Romani Pontificis, & librum appellatum eſſe Paſtorem, quoniam Angelus in habitu Paſtoris Hermeti apparuerat, & ut ea ſcriberet, quæ illi revelauerat, juſſerat.

Non videtur autem fieri poſſe ut Hermes frater Pii Pontificis ille ſit, quem Apoſtolus ſalutari juſſerat in epiſt. ad Romanos: nam inter illam ſalutationem, & Pontificatum Pii intercedunt, ut minimum, anni centum, & qui ſalutabatur ab Apoſtolo, non erat infans recens natus, ſed vir aliquis gravis, notus Apoſtolo ex operibus bonis: proinde non eſt probabile, illum ſupervixiſſe uſque ad tempora Pii Pontificis.

Deinde ſcribit ſanctus Hieronymus loco notato, librum Paſtoris apud Græcos fuiſſe notiſſimum, apud Latinos penè ignotum: at ſi auctor libri fuiſſet homo Latinus, & Romani Pontificis frater, debuiſſet liber ipſius notior Latinis eſſe, quam Græcis.

Exiſtimo igitur diverſos eſſe auctores, & diverſos eorum libros, quamvis idem ferè nomen gererent: nam præter ea, quæ dicta ſunt, is, qui ab Apoſtolo ſalutari jubetur, vocatur Hermas; frater Pii dicitur Hermes: deinde liber, qui ſcriptus dicitur à fratre Pontificis, præcipuè continebat mandatum Domini per Angelum, ut Paſcha die Dominico celebraretur: at in libro Paſtoris, qui à veteribus citatur, & qui adhuc extat, nulla mentio



Digitized by Google

ſit Paſchatis celebrandi die Dominico. Quare probabile eſt, librum Hermetis, fratris Pontificis citò interiiſſe: & ſolùm reliquum eſſe illum celebriorem quem ſcripſit Hermas diſcipulus Apoſtolorum.

Quod etiam confirmatur ex eo, quòd ſanctus Irenæus lib. 4. cap. 37. citans eum librum dicit, Benè ergo ſcriptura dicit, primo omnium crede, quoniam unus eſt Deus. Neque enim Irenæus ſcripturam abſolutè vocaret librum auctoris ſui temporis, & qui Apoſtolus, vel Apoſtolorum auditor non fuiſſet.

*De Prochoro, uno ex primis ſeptem Diaconibus.*

PRochorum fuiſſe unum ex primis ſeptem Diaconibus teſtatur ſanctus Lucas in actis Apoſtolorum cap. 6. Sed narratio, quæ ſub ejus nomine extat in Bibliotheca ſanctorum Patrum, videtur omnino conficta. Nam quod in ea legitur, ſanctum Joannem Apoſtolum, & Evangeliſtam, cum ei ſorte obtigiſſet Aſia, graviſſime id tuliſſe ac vehementer ingemuiſſe, ſeque ad pedes aliorum Apoſtolorum abjeciſſe, atque propterea à ſancto Petro fuiſſe reprehenſum, indignum omnino eſt tanto Apoſtolo.

Quod in eadem narratione ſcribitur, poſteaquam S. Ioannes ex olla ferventis olei illæſus exivit, à fidelibus, qui illic aderant, Eccleſiam in ejus honorem fuiſſe conſtructam, incredibile eſt. Qui enim id auderent in oculis ſævientis Domitiani?

Quod denique in eadem narratione dicitur, Evangelium à ſancto Ioanne in inſula Pathmo fuiſſe conſcriptum, repugnat communi ſententiæ, quæ habet, Evangelium à ſancto Ioanne ſcriptum fuiſſe diu poſt exilium Pathmos, in ultima ſua ætate.

Vide ſanctum Athanaſium in ſynopſi extrema, ubi dicit, Evangelium prædicatum quidem à ſancto Ioanne in Pathmo, ſed editum Epheſi poſt re-

Digitized by Google

ditum ab exilio. Cui conſentiunt Euſebius lib. 3. hiſt. cap. 24. Epiphanius in hæreſi quinquageſima prima, Hieronymus in lib. de ſcript. Eccl. Victorinus, & Primaſius in expoſitione Apoc. Beda, Rupertus & alii initio expoſitionis in Ioannem.

Fortaſſe hæc Prochori narratio de rebus geſtis ſancti Ioannis, eſt liber ille, qui ſub nomine, Circuitus Ioannis, inter apocrypha recenſetur à ſancto Athanaſio in Synopſi.

*De ſancto Lino.* 70.

SImilis narrationi Prochori eſt narratio, quæ ſub nomine ſancti Lini extat in Bibliotheca ſanctorum Patrum: Narrat enim auctor ille multa de actis ſancti Petri, quæ vel falſa, vel dubia ſunt; neque teſtimonium habet hoc opuſculum ſancti Lini à veteribus.

Inter alia ſcribit auctor, Agrippam fuiſſe Præfectum Urbis tempore paſſionis ſancti Petri, atque ab iſto Agrippa fuiſſe ſanctum Petrum occiſum, ſine conſenſu Imperatoris Neronis, à quo etiam id factum poſtea fuiſſe improbatum.

Sed neque conſtat præfectum Urbis tunc fuiſſe Agrippam: & necem ſancti Petri Neroni diſplicuiſſe, repugnat omnibus veteribus Patribus.

In eadem narratione ſcribit auctor, uxorem Albini ſecundum doctrinam ſancti Petri, repudiaſſe thorum viri ſui ob amorem caſtitatis, invito & reclamante marito.

Hæc verò doctrina ſancti Petri eſſe non poteſt, cùm repugnet doctrinæ Coapoſtoli ejus Pauli 1. Corinth. 7. Fateor quidem à ſancto Lino conſcripta fuiſſe acta ſancti Petri, vel potius Acta ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod aliqui dicunt, & de Actis ſancti Petri in Romano Breviario legitur: ſed ea non extare, & loco eorum ſuppoſita fuiſſe, quæ nunc extant, arbitramur.



Digitized by Google

## *De S. Clemente Romano.* 92.

Clemens Romanus, qui anno tertio Traiani martyrio coronatus eſt, cùm ſediſſet in Apoſtolica ſede annos novem, multa ſcripſiſſe fertur, videlicet.

*Epiſtolas duas Ad Corinthios.*
*Duas ad Jacobum fratrem Domini.*
*Tres ad diverſos.*
*Libros decem recognitionum.*
*Libros 8. conſtitut. Apoſt.*
*Canones Apoſtolorum.*
*Itinerarium S. Petri.*
*Diſputationem S. Petri cum Apione: & Liturgiam.*

Epiſtola prior ad Corinthios non extat; ejus tamen mentionem faciunt paſſim veteres Patres, ut epiſtolæ graviſſimæ, & epiſtolæ ſancti Pauli ad Hebræos per quam ſimillimæ. Vide ſanctum Irenæum lib. 3. cap. 3. Clementem Alexandrinum lib. 7. Stromat. Euſebium lib. 3. hiſt. cap. 12. & ſanctum Hieronymum in libro de Script. Eccl.

Epiſtola poſterior ad Corinthios neque extat, neque ab Eccleſiis probatur, ut ſanctus Hieronymus teſtatur loco notato.

Epiſtolæ quinque, quæ nunc extant, non carent ſcrupulo. Nam conſtat ſanctum Iacobum, ad quem ſcribuntur duæ epiſtolæ, obiiſſe multo ante ſanctum Petrum, & tamen in iis ſignificatur Iacobo mors ſancti Petri. Sed fortè epiſtolæ ſcriptæ ſunt ad Simeonem fratrem Iacobi, non ad ipſum Iacobum. In epiſtola quinta laudatur communitas omnium rerum, etiam uxorum: & totus hic locus deſumptus eſt ex lib. 10. recognitionum, ubi hæc dicuntur à Fauſtiniano Ethnico, & à ſancto Clemente refutantur. Sed fortè hæc irrepſerunt, & in codice Vaticano non inveniuntur.

Scripſiſſe Clementem alias quoque epiſtolas, præter illam celebrem ad Corinthios, teſtatur ſan-

Digitized by Google

ctus Hieronymus in lib. 1. adverſus Jovinianum, ubi dicit, Clementem in ſuis Epiſtolis omnem penè ſermonem de Virginitatis puritate contexere: quas laudes Virginitatis in epiſtolis, quæ extant, non reperimus.

De Recognitionibus ejuſdem Clementis non habeo aliquid certi. quamvis non pauca utilia documenta contineant, & à viris doctis aliquando citentur: tamen probabile exiſtimo, vel non eſſe Clementis, vel eſſe idem opus cum eo, quod itinerarium, vel circuitus Petri aliqui vocant: nam, teſte Epiphanio hæreſ. 30. Clemens ipſe teſtatur, circuitus Petri à ſe conſcriptos, ab hæreticis depravatos fuiſſe. Verè enim in Recognitionibus deſcribuntur itinera ſancti Petri, & ſancti Clementis, & admiſcentur diſputationes ex media Platonis philoſophia depromptæ, quas nullo modo credibile eſt ſancti Petri eſſe.

Quod ſi Recognitionum, & Itenerarii idem ſit opus, ſatis conſtabit, eſſe apocryphum. Itinerarium enim inter apocrypha retulerunt ſanctus Athanaſius in Synopſi, ſanctus Gelaſius in Concilio Romano, unde extat caput ſancta Romana, Diſt. 16. & Leo nonus in epiſtolis adverſus Nicetam. Verum quidem eſt, Recognitionum numerari libros decem & Itenerarii libros octo: ſed facile fuit corruptoribus addere, vel minuere, vel mutare.

De libris Conſtitutionum Apoſtolicarum, quę Clementi auctori tribuuntur, idem ferè judicium fieri debet, ac de libris Recognitionum. Multa enim in illis, utilia ſunt, & à Græcis veteribus magni fiunt: ſed in Eccleſia Latina nullum ferè nomen habent: & ipſi etiam poſteriores Græci in Concilio Trullano can. 2. improbant has conſtitutiones, ut ab hæreticis depravatas.

Audio Æthiopes his conſtitutionibus uti, ut verè

apoſtolicis, & ea de cauſa in erroribus verſari circa cultum Sabbati, & diei Dominicæ; & circa miniſtrum Sacramenti baptiſmi, & in aliis quibuſdam dogmatibus: nam lib. 7. cap. 24. jubent ſervari diem Sabbati,& Dominicæ, & lib. 5 conſtit. cap. 10. prohibetur abſolutè, ne laici baptizent, & lib.6. cap. 15. jubent rebaptizari eos, qui baptizantur ab hæreticis, ea de cauſa, quia hæretici non ſunt Sacerdotes.

Ac ne fortè objiceretur quod Philippus Diaconus baptizabat, ut dicitur Act. 8. In iiſdem conſtitutionibus lib. 6. cap. 7. dicitur, Philippum, qui baptizavit Simonem magnum, fuiſſe Apoſtolum. Quod manifeſtè falſum eſt.

Habentur in iiſdem conſtitutionibus alia non pauca, quæ abhorrere videntur à veritate, ut quod lib. 3. cap. 2, quartas nuptias appellent manifeſtam fornicationem. lib. 5. cap. 6. diſtinguant Mariam Magdalenam à Maria ſorore Lazari. lib. 8. cap. 14. Jacobum fratrem Domini non velint eſſe Apoſtolum ex duodecim, & lib. eodem cap. 26. 27. & 28. velint imponi manum Subdiacano, & Lectori, & ipſi etiam Diaconiſſæ, dum ordinantur: & lib. eodem cap. 32. dicant, Exorciſtas non ordinari, & cap. 38. dicant ancillam ſoli Domino obſequentem recipi, ſi cum aliis intemperans fuerit, rejici.

De canonibus Apoſtolorum à Clemente ſcriptis major eſt difficultas; nam ab una parte Tertullianus in lib. adverſus Praxeam ſcribit, canones Apoſtolorum eſſe nobis per manus traditos. Sanctus quoque Athanaſius in Synopſi eos numerat inter agiographa. Synodus Trullana cap. 2. recipit canones Apoſtolorum octoginta quinque. Denique S. Joannes Damaſcenus lib. 4. de fide Orthodoxa cap. 18. videtur eos ponere inter ſacras Scripturas.

At contra, Gelaſius Papa in Concilio Romano, unde extat caput, *ſancta Romana*, diſt. 15, expreſſe dicit: liber Canonum Apoſtolorum apocryphus: &

Digitized by Google

hoc idem comfirmatur diſtinct. 16. can. 1. & 2. Sed hæc conciliari poſſunt, ſi dicamus, canones legitimos eſſe ſolùm quinquaginta priores: reliquos non eſſe legitimos, quamvis à Græcis recipiantur. Sic enim Urbanus II. apud Gratianum diſt. 32. can. præter, §. *sciendum*, dicit, canones Apoſtorum ex toto à Græcis, ex parte à Latinis recipi: & Humbertus Cardinalis clarius idem dicit, cujus teſtimonium ſub nomine Leonis Noni ita refert Gratian. diſt. 16. can. Clementis Apoſtolorum, inquit, canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreverunt Orthodoxæ fidei tractatores adjungenda. Hincmarus quoque, ut teſtatur Franciſcus Turrianus lib. 1. pro epiſtolis Decretalibus cap. 15. ſcribit, canones Apoſtolorum ab Eccleſia nobis traditos eſſe ſolum quinquaginta: & ante hos omnes Dionyſius Exiguus quinquaginta ſolum canones Apoſtolorum in ſua collectione poſuit.

Denique in antiquis codicibus Conciliorum, non inveniuntur canones Apoſtolorum, niſi quinquaginta. Et verè canones, qui errorem ſapiunt, & ab hæreticis ſuperadditi videntur, ſunt canones poſteriores, ut can. 65. de ſabbato non jejunando & 67. de baptizatis, vel ordinatis ab hæreticis, & 84. de numero librorum ſacrorum: in quo canone multa ſunt errata manifeſta. Quod verò Gratianus dicit initio diſtinctionis ſextæ decimæ, Canones Apoſtolorum auctoritate Zepherini Papæ eſſe ſexaginta; fortaſſe vitio librariorum erratum eſt in numero.

De diſputatione ſancti Petri cum Apione, & de Itinerario ejuſdem ſancti Petri, quod non extat, niſi fortè (ut ſupra diximus) idem ſint Itinerarium, & Recognitiones: non eſt multum laborandum: ab initio enim reprobata leguntur, tum apud ſanctum Hieronymum in libro de Script. Eccl. tum apud ſanctum Athanaſium in Synopſi.

De Liturgia ſancti Clementis idem ferè dicendum occurrit, quod de Liturgia ſancti Jacobi, eam verè Clementis eſſe, ſed à poſterioribus auctam: credibile autem eſt, Clementem non ex proprio judicio, ſed ex ritu, quem obſervari viderat à ſancto Petro, Liturgiam compoſuiſſe: quemadmodum & ipſe ſanctus Petrus nihil aliud faciebat in offerendo ſacrificio Euchariſtico, niſi quod ipſe Dominus fieri juſſerat. Meminerunt Liturgiæ ſancti Clementis Proclus Patriarcha Conſtantinopolitanus lib. 7. de traditione divinæ Miſſæ, & Nicolaus Epiſcopus Methonenſis in lib. de veritate corporis Chriſti, & Beſſarion Cardinalis in lib. de Sacramento Euchariſtiæ.

*De ſancto Ignatio.* 71.

SAnctus Ignatius Epiſcopus Antiochenus, poſt ſanctum Petrum Apoſtolum, & ſanctum Evodium ſedere cœpit anno Domini 71. & ſedit annis 40. & Romæ paſſus eſt anno undecimo Traiani, teſte ſancto Hieronymo in lib. de Script. Eccl. ſcripſit *Epiſtolas Utiliſſimas*, ut teſtatur S. Polycarpus ejus æqualis, qui in epiſtola ad Philippenſes dicit, ſe collegiſſe epiſtolas Ignatii quotquot invenire potuit.

Euſebius lib. 3. hiſt. cap. 30. ſeptem enumerat epiſtolas ſancti Ignatii, ut etiam S. Hieronymus loco citato; unam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallianos, quartam ad Romanos, quintam ad Philadelphios; ſextam ad Smyrnæos, ſeptimam ad Polycarpum. Præter has inveniuntur aliæ quinque, ad Mariam Caſſabolitam una, ad Antiochenos altera, ad Tarſenſes tertia, ad Philippenſes quarta, ad Heronem quinta. Atque hæ quinque epiſtolæ, quamvis ad manus Euſebii, & Hieronymi non pervenerint; tamen ob ſtyli ſimilitudinem, & ſpiritum verè Apoſtolicum à viris doctis omnino recipiuntur.

Tres aliæ circumferuntur, ad B. Virginem Dei-

Digitized by Google

arum una, & ad ſanctum Joannem Evangeliſtam.
uæ, quibus additur epiſtola B. Virginis ad Igna-
um. Harum, primus (quod ſciam) meminit ſan-
us Bernardus ſerm. 7. in pſalmum *Qui habitat*:
d neque in codicibus Græcis habentur, neque
ravitatem eloquii ſancti Ignatii omnino redolent.
Unum hoc loco admonendum videtur, non eſſe
nagnam fidem habendam codicibus Græcis, qui
unc extant, quando diſcrepant à Latinis: ſæpè
nim emendatiores inveniuntur codices Latini,
uam Græci: quod verum eſſe intelliget, qui con-
:ret teſtimonia, quæ ex Ignatio citant ſanctus Atha-
aſius in epiſtola ad Æpictetum, & Theodoretus
i Dialogis, cum verbis ejuſdem Ignatii, quę nunc
abentur in codicibus Latinis & Græcis.

*De ſancto Polycarpo.* 71.

SAnctus Polycarpus Epiſcopus & martyr, unam
ſcripſit *Epiſtolam egregiam ad Philippenſes*, quæ
um epiſtolis S. Ignatii circumfertur. Ejus epiſtolæ
neminit S. Hieronymus in lib. de Script. Eccl. &
Euſebius lib. 3. hiſt. cap. 30. alias 36. Vixit tempore
S. Ignatii, ſed ſupervixit uſque ad Imperium M. An-
tonini, ut idem S. Hieronym. in eodem loco teſtatur.

*De ſancto Dionyſio Areopagita.* 71.

SAnctus Dionyſius Areopagita ſancti Pauli Apo-
ſtoli diſcipulus fuit, teſte ſancto Lucâ Act. 17.
Quamvis autem à nonnullis dicatur martyrium ſu-
biiſſe ſub Domitiano; contra tamen ſentiunt alii,
quoniam ipſe idem ſanctus Dionyſius in libro de
divinis nominibus cap. 4. nominatim allegat ſan-
cti Ignatii verba ex epiſt. ad Romanos: quam epiſto-
am ſcriptam eſſe conſtat anno undecimo Traiani,
quo anno ſanctus Ignatius martyrio coronatus eſt.
Scribit autem (inquit Areopagita) & divinus Igna-
tius, *amor meus crucifixus eſt*: hæc autem verba in
epiſtola ad Romanos leguntur. quomodo igitur po-

Digitized by Google

reſt Dionyſius obiiſſe tempore Domitiani, qui Traianum præceſſit, ſi citat epiſtolam ſcriptam undecimo anno Traiani? Exiſtimamus igitur Dionyſium fuiſſe quidem ſanctorum Ignatii, & Polycarpi æqualem, ſed ſupervixiſſe uſque ad imperium Hadriani.

Opera ſancti Dionyſi, quæ nunc extant hæc ſunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *De Cæleſti Hierarchia lib.* | 1 | *De Divinis nominibus.* | 1 |
| *De Eccleſiaſtica Hierarchia.* | 1 | *De Myſtica Theologia* | 1 |
| *Item epiſtola ad Caium.* | 4 | *Ad Demphilum.* | 1 |
| *Ad Dorotheum.* | 1 | *Ad Titum.* | 1 |
| *Ad Soſipatrum.* | 1 | *Ad Apollophanem.* | 1 |
| *Ad Polycarpum.* | 1 | *Ad S. Joannem Apoſtolum.* | 1 |

Ferebatur & una ad B. Paulum: ſed ab omnibus merito rejecta eſt.

De cæteris operibus viri docti, & Catholici nihil dubitant. Soli hæretici Lutherani, & quidam Scioli, Eraſmus, Valla, & pauci alii opera ſupra numerata negant eſſe ſancti Dionyſii Areopagitæ.

Sed (ut alia nunc omittam) ad auctoritatem his operibus conciliandam ſatis eſſe debet, quod hæc opera probentur à ſancto Gregorio Papa hom. 34. in Evangelia, à ſancto Martino Papa, & Martyre in concilio Romano, à ſancto Agathone Pontifice in epiſtola ad imperatorem Conſtantinum IV. & à Nicolao primo in epiſt. ad Michaëlem Imperatorem. Item à Concilio VI. generali Act. 4. & a Concilio VII, Act. 2. Denique à ſanctis Doctoribus plurimis, qui in hæc opera, tamquam germana ſancti Dionyſii Areopagitæ, commentaria ſcripſerunt, ut à ſancto Maximo Monacho, à ſancto Thoma, & aliis.

Quod autem ante ſanctum Gregorium Romanum nemo horum operum nomine ſancti Dionyſii Areopagitæ meminerit: cauſa videtur eſſe, quod alicubi latuerint, ut multa alia ſæpe longo tempore deliteſ-

Digitized by Google

leſiteſcunt; & circa tempora ſancti Gregorii reperta fuerint.

Quod enim quidam dicunt, citari nominatim hæc opera ab Origene homilià quadam in primum caput Joannis, & ab Athanaſio in quæſtionibus ad Antiochum quæſt. 8. nihil efficit: nam in homelia illa nominantur Ariani, qui diu poſt Origenem exorti ſunt: & in quæſtionibus ad Antiochum nominantur auctores ipſo Athanaſio poſteriores: ex quo ſequitur, ut illa teſtimonia eſſe non poſſint Origenis, vel Athanaſii, ſed recentiorum auctorum.

Scribunt quidem Liberatus Abbas in Breviario cap. 10. & Anaſtaſius Bibliothecarius in epiſt. ad Carolum Calvum Imper. citari Dionyſium Areopagitam à Joanne Chryſoſtomo, & Cyrillo Alexandrino, ſed quæ illi citant, non inveniuntur in locis citatis.

*De S. Martiali Epiſcopo Lemovicenſi.*

SAnctus Martialis primus Epiſcopus Lemovicenſis, dicitur ſcripſiſſe duas epiſtolas, unam ad Burdegalenſes, alteram ad Toloſanos, quæ extant in Bibliotheca ſanctorum Patrum. Sed multa ſunt, quæ eas epiſtolas ſuppoſititias eſſe indicare videantur.

Primùm enim auctor harum epiſtolarum dicit, ſe cum Chriſto vixiſſe, antequam crucifigeretur: Martialis autem Epiſcopus primus Lemovicenſium miſſus fuit ad eam Urbem, Decio Auguſto, & Grato Coſſ. anno Domini 254. ut Gregorius Turonicus teſtatur lib. 1. hiſt. cap. 10. quare neceſſe eſt, vel Martialem vixiſſe fermè 300. annis, vel titulum epiſtolarum eſſe falſum, qui auctorem præfert Martialem Epiſcopum Lemovicenſem, vel Epiſtolas eſſe confictas.

Deinde in ſecunda epiſtola cap. 8. ſcribit auctor à ſe baptizatum Stephanum Regem, & quendam



Digitized by Google

alium Tyrannum cum Satrapis ſuis. Atqui tem
pore Apoſtolorum, & etiam tempore Decii Imp
ratoris, non habuit Gallia ullos Reges, ſed Imp
rio Romano ſubjecta erat. Primum enim Reg
Romanis expulſis fuiſſe in Gallia Clodionem C
matum Faramundi filium poſt annum Dom. 40
teſtantur omnes hiſtorici, Gregorius Turronic
lib. 2. cap. 9. qui eum vocat Clogionem, Ado Vie
nenſis, Abbas Urſpergenſis, Aimoinus, Paul
Æmilius, Robertus Gaguinus, Papirius Maſſ
nius, & alii.

Tertio dicit idem auctor eodem loco, temp
Idolorum everſa fuiſſe, & Eccleſias ædificatas a
ctoritate Regia ipſo ſuo tempore: quæ vident
manifeſtè falſa; certè pugnant cum hiſtoriis Gre
gori Turronici, Adonis, & aliorum.

Quarto in epiſtola eadem cap. 9. citantur ve
ba ſcripturæ Geneſeos ſecundum ſancti Hieronym
verſionem, quod etiam in utraque epiſtola paſſi
cernitur. Id Vero ſignum eſt apertiſſimum novitat

Quinto in eadem epiſtola] cap. 13. Scribit aucto
ſe interfuiſſe cum aliis diſcipulis, quando Judas o
culo Dominum prodidit. Atqui hoc videtur repug
nare Evangelio. Siquidem Marcus cap. 14. & Lu
cas cap. 22. dicunt Chriſtum cum duodecim ulti
mam coenam celebraſſe, & cum eiſdem in hortum
ingreſſum, ac deinde Judæ obviam iviſſe.

Sexto in epiſtola eadem, cap. 8. dicit, Valeria
quandam in ipſa Gallia martyrio coronatam. Id
verò repugnat Sulpitio lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, &
Gregorio Turronico, lib. 1. cap. 28. hiſt. Franco
rum, qui ſcribunt, temporibus M. Antonini pri
mum intra Gallias martyria viſa.

Multa ſunt alia, quæ his epiſtolis fidem detra
here videntur. Alioquæ autem piæ ſunt, & ex ii
non pauca dogmata Eccleſiaſtica confirmari poſſen

lverſus noſtri temporis hæreticos, ſi de tempore, uo ſcriptæ ſunt, planè conſtaret.

*De Abdia Babylonio.*

ABdias Babylonius, unus ex diſcipulis Domini fuiſſe dicitur, ſed vitæ Apoſtolorum, quæ ſub omine ejus circumferuntur, fabulis ſimiliores ſunt uàm veræ narrationi. Sed neque ejus Abdiæ, aut ibri ejus ullam in veteribus mentionem invenio.

*De Presbyteris Achaiæ, qui ſancti Andreæ paſſionem ſcripſerunt.*

EXtat Paſſio ſancti Andreæ Apoſtoli ſub nomine Presbyterorum Achaiæ, qui dicunt ſe ſcripſſe ea, quibus ipſi interfuerunt. Audivi aliquando nagnum quemdam virum, eam hiſtoriam in duium revocantem. Sed certè non videtur negari oſſe, quin vera & antiqua, & utilis hiſtoria ſit.

Petrus Damiani, qui ante ſexcentos annos floruit, in ſerm. 2. de ſancto Andrea, de hac hiſtoia ſic loquitur: *non immerito in ſingularem auctoritatis arcem ſuſcepta eſt, quam qui viderunt, ſcripſerunt, & miniſtri fuerunt ſermonis.* Sanctus etiam Bernardus in ſerm. de ſancto Andrea, in vigilia ejus, & in duobus, quos habuit in die feſto miris laudibus effert verba ſancti Andreæ ad crucem, quæ in hoc libro ad verbum inveniuntur.

Joannes à Lovanio, vir multæ doctrinæ, & judicii in cenſura de paſſionibus ſanctorum, quæ habetur in Martyrologio Molani, hanc hiſtoriam, ut legitimam probavit.

Idem fecit Aloyſius Lipomanus, vir graviſſimus, qui ex probatis auctoribus vitas ſanctorum deſcripſit. Denique in Breviario Romano, nuper recognito hiſtoria hæc, cùm de ea inter viros doctos, & graves acriter diſputatum eſſet, omnium conſenſu approbata, locum ſuum retinuit.



Digitized by Google

# SECULUM SECUNDU

## Ab Anno 100. ad 200.

### *De S. Juſtino Martyre.* 150.

POſt Apoſtolica tempora primus eoru quorum ſcripta ad nos pervenerunt, detur eſſe ſanctus Juſtinus Philoſophu Martyr. Floruit enim temporibus An nini Pii, & ſucceſſorum ejus Marci Aurelii, & L cii veri; & in Apologia ad Imp. & Senatum, pulumque Romanum, ſcribit, numerari eo t pore annos 150. à Chriſti nativitate.

Opera ejus multa recenſentur ab Euſebio lib. 4. hiſt. cap. 17. & à ſancto Hieronymo in lib. de Script. Eccl. quorum operum aliqua non extant, & quædam etiam extant, quorum illi non meminerunt. Hæc igitur Juſtini opera nunc feruntur.

*Dialogus cum Triphone Judæo Ephesi habitus.*
*Apologia ad Senatum Romanum.*
*Apologia altera ad Imp. Antoninum Pium.*
*Interrogationes, ſive quæſtiones poſitæ gentibus & gentium ad eas reſponſiones, earumque refutationes.*
*Interrogationes ſive quæſtiones gentium poſita Chriſtianis, & ad ea reſponſiones.*
*Oratio parenetica ad gentes.*
*De Monarchia.*
*Expoſitio fidei ſive de re cta confeſſione.*
*Epiſtola ad Zenam, & Serenum.*
*Refutatio quorundam Ariſtotelis dogmatum*

Et quidem de primis quinque libris, quorum Eu ſebius, & Hieronymus meminerunt non videtu poſſe dubitari. Sciendum eſt autem Apologiam pri

Digitized by Google

rem, ut in noſtris libris habemus, reipſa eſſe poſteriorem, & non ad Senatum datam, ut noſtri libri habent, ſed ad Marcum & Lucium Imperatoris Sii ſucceſſores, ut aperte colligitur ex Euſebio, & Hieronymo locis citatis: ſed fefellit noſtros, quia Apologia prior caret initio, & ideo non potuit cognoſci ad quem, vel ad quos directa eſſet.

Liber de expoſitione fidei, ſive de confeſſione rectæ fidei, cujuſcumque ſit, inſignis liber eſt, & Juſtino auctore dignus. Ambigo tamen, an ejus ſit, primo, quia veteres ejus non meminerunt. Secundo, quia ſtylus videtur eſſe diverſus à ſtylo Juſtini. Tertio, quoniam multo apertius, & diſtinctius diſſerit de myſteriis Trinitatis, & Incarnationis, quam ſcriptores ejus ſeculi facere ſoleant.

De epiſtola ad Zenam & Serenum idipſum cenſeo.

De libro quæſtionum quinque gentibus à Chriſtianis poſitarum, facile judicari poteſt, eum librum non eſſe Juſtini; quòd in eo ſæpe fiat mentio Manichæorum, quos poſt mortem Juſtini exortos eſſe conſtat. Idem judicium fieri poteſt de quæſtionibus 146. quas gentes Chriſtianis poſuerunt: nam quæſt. 82. & 86. citatur Origines, & quæſt. 115. citatur Irenæus, & martyr appellatur: cùm tamen Juſtinus utroque antiquior fuerit: nam ipſe etiam Irenæus lib. 5. Juſtinum martyrem adducit, tamquam ſe antiquiorem.

De Reprehenſione dogmatum Ariſtotelis, meminit Photius in Bibliotheca; neque extat evidens indicium falſitatis, ideo nihil habeo quod dicam.

*De Melitone.* 170.

Sanctus Melito Sardenſis Epiſcopus M. Aurelii Imp. tempore floruit; cui etiam Apologiam pro Chriſtianis obtulit, ut refert Euſebius lib. 4. hiſt. cap. 25. Multa ſcripſit, quorum fragmenta extant apud Euſebium loco notato. Inter quæ fragmenta



Digitized by Google

continetur *catalogus librorum Teſtamenti veteris*, in quo liber Sapientiæ tribuitur Salomoni : & hi ſolus liber recenſetur à Melitone ex iis, qui i Hebraicis codicibus non habentur : ut etiam ſolu liber Eſther omittitur ex iis, qui ſunt in Hebræo

Tribuitur etiam Melitoni liber de tranſitu B Virginis, qui extat in 7. tomo Bibliothecæ ſancto rum Patrum, edit. 2. ſed indignus liber eſt, qu tanto viro tribuatur.

*De Athenagora.* 155.

ATHenagoras æqualis Juſtini fuit, & *inſignem Apologiam pro Chriſtianis* ſcripſit, & Imperato ribus Marco Aurelio Antonio, & Aurelio Com modo obtulit: quam ſub nomine Athenagoræ cit ſanctus Epiphanius in hæreſi Origenis, ubi refe verba Procli ex Methodio.

Scripſit etiam *librum de reſurrectione* : utrumqu opus extat tomo 9. bibliothecæ ſanctorum Patrur edit. 2. & ſuſpicione caret. Mirum autem eſt, cu Euſebius diligentiſſimus ſcriptorum inveſtigator hu jus auctoris non meminerit.

Quod autem ſanctus Hieronymus hunc ſcripto rem omiſerit, non eſt adeò mirum, Cùm ſat conſtet, catalogum ſancti Hieronymi ex hiſtori Euſebii eſſe deſumptum, quoad illos ſcriptores qui Euſebium præceſſerunt.

*De S. Theophilo.* 170.

SAnctus Theophilus Epiſcopus Antiochenu ſextus ab Apoſtolo Petro, vixit tempore M Aurelii Imp. & ſub Commodo ejus filio obiit, teſ Euſebio in Chronico. Scripſit multa teſte ſanct Hieronymo lib. de Script. Eccl. ſed nunc exta in 1. tomo Bibliothecæ ſanctorum Patrum ſecu dæ editionis, *commentaria in quatuor Evangelia* & *libri tres ad Autolycum adverſus Chriſtianæ Religi nis calumniatores.*

Digitized by Google

*De Tatiano.* 170.

TAtianus ſancti Juſtini auditor, ſcripſit *infinita volumina*, ex quibus (inquit ſanctus Hieronymus de Script. Eccl.) unus contra Gentiles florentiſſimus extat liber; qui liber nuper eſt inventus, & editus in 4. tomo Bibliothecæ ſanctorum Patrum ſecundæ editionis. Porro Tatianus poſt martyrium ſancti Juſtini à Fide catholica defecit, & in ſuperbiam elatus hæreſiarcha factus eſt.

*De Egeſippo.* 177.

EGeſippus æqualis Juſtini, & Athenagoræ fuit, ut ex Euſebio lib. 4. hiſt. cap. 21. & ſancto Hieronymo in lib. de Scrip. Eccl. perſpicuum eſt. Scripſit *hiſtoriam Eccleſiaſticam uſque ad ſua tempora*, id eſt, uſque ad Aniceti Pontificatum. Hujus hiſtoriæ meminerunt Euſebius, & ſanctus Hieronymus locis citatis, in quibus fragmenta hiſtoriæ ejuſdem leguntur. Nunc non exſtat. Libri vero de excidio Hieroſolymæ, qui ſub nomine Egeſippi circumferuntur; aut alterius Egeſippi recentioris, aut ſupoſititii ſunt. Certe ex lib. 3. cap. 5. colligitur poſt Conſtantini tempora libros illos fuiſſe conſcriptos.

*De ſancto Irenæo.* 180.

SAnctus Irenæus Epiſcopus & martyr Commodo Imperatore & Eleuthero Pontifice vixit: & tempore Severi Imp. martyrium conſummavit. Scripſit multa; ſed ad nos non pervenerunt, niſi *quinque libri adverſus Valentinum*, qui pleni ſunt doctrinâ, & pietate. Ambigunt nonnulli, Græcène, an Latinè ſcripſerit: quoniam non inveniuntur ejus libri, niſi latinè conſcripti: & tamen ipſe natione Græcus erat, & ſancti Polycarpi diſcipulus. & phraſis ejus græciſmum redolet. Sanctus Hieronymus lib. 11. in Ezechielem explanans caput 36. Ezechielis, apertè Irenæum inter Scriptores Græ-

Digitized by Google

cos numerat: & in lib. de Script. Eccl. in Tertulliano, dicit, Tertullianum eſſe primum Latinorum poſt Apollonium, & Victorem, quorum uterque Irenæo poſterior eſt.

# SECULUM TERTIUM

## Ab anno 200. ad 300.

### *De Tertulliano.* 203.

TErtullianus tempore Severi Imperatoris floruit, ut ipſe teſtatur lib. 1. in Marcionem, in Apologetico cap. 4. & alibi. Initio Catholicus ardentiſſimi zeli, deinde in Montani hæreſim prolapſus contra Eccleſiam non pauca ſcripſit. Ergo opera Tertulliani indubitata ſunt.

*De patientia.* lib. 1
*De Carne Chriſti.* 1
*De reſurrectione carnis.* 1
*De præſcriptionibus adverſus hæreticos.* 1
*De corona Militis.* 1
*Ad Martyres.* 1
*De pœnitentia.* 1
*De Virginibus velandis.* 1
*De Habitu muliebri.* 1
‡*De fuga in perſecution.* 1
*Ad ſcapulam.* 1
*De teſtimonio animæ.* 1
*De anima.* 1
*Adverſus Judæos.* 1
*Adverſus Marcionem.* 5
*Adverſus Valentinianos.* 1
*Adverſus Hermogenem.* 1
*Adverſus Praxeam.* 1
*De Pallio.* 1
*De Idololatria.* 1
‡*De pudicitia.* 1
‡*De Jejunio adverſus Pſychicos.* 1
*Scorpiacum contra Gnoſticos.* 1
*De Oratione* 1
*De Spectaculis.* 1
*De cultu Feminarum.* 1
‡ *De exhortatione Caſtitatis.* 1
‡ *De Monogamia.* 1
*De Baptiſmo.* 1
*Ad Uxorem ſuam.* 1
*Apologeticus adverſus gentes.* 1

Digitized by Google

Ex his libris ſanctus Hieronymus in lib. de Script. Eccl. dicit, ſcriptos eſſe contra Eccleſiam à Tertulliano jam tum hæretico, librum de fuga in perſecutione, De exhortatione caſtitatis, De Monogamia, De pudicitia, De jejunio, quibus crucem addidimus. Librum de oratione ſcribit ſanctus Hilarius in cap. 5. Matthæi, eſſe volumen aptiſſimum, ſed conſequentem errorem auctoris detraxiſſe ſcriptis probabilibus auctoritatem.

*Opera Tertulliani dubia, vel ſuppoſititia.*

*De Trinitate, lib.* 1.

*De cibis Judaicis, epiſtola.*

De libro de Trinitate diſſentiunt ſanctus Hieronymus, & Ruffinus: hic enim in Apologia pro Origine ſcribit, librum de Trinitate Tertulliani ab hæreticis cum operibus ſancti Cypriani conjunctum fuiſſe, ut fallerent incautos. Ille autem in ſecundo libro adverſus Ruffinum contra aſſerit, librum illum de Trinitate, non eſſe Tertulliani, ſed Novatiani.

Idem etiam ſanctus Hieronymus in lib. de Script. Eccl. in Novatiano, ſcribit Novatianum ſcripſiſſe grande volumen de Trinitate quaſi Epitomen operis Tertulliani. Ubi apertè ſignificat, Tertullianum quoque ſcripſiſſe de Trinitate, cujus libri epitomen Novatianus ediderit. Sed quicquid de hac re ſit, dubitari non poſſe exiſtimo, quin liber de Trinitate, qui nunc extat inter opera Tertulliani, Tertulliani non ſit: nam in eo libro refutatur nominatim Sabelliana hæreſis, Sabellius autem poſt tempora Tertulliani apparuit; & in tempora Novatiani incidit, ut notum eſt ex epiſtola Dionyſii Alexandrini apud Euſebium lib. 7. hiſt. cap. 5. Adde quod ſtylus [ut etiam ſanctus Hieronymus annotavit] apertè clamat, librum illum Tertulliani non eſſe.

Digitized by Google

Liber, ſive Epiſtola de cibis Judaïcis, non videtur ſtylum habere Tertulliani: & videtur ab aliquo Epiſcopo propriæ plebi tranſmiſſus. Tertullianus autem Epiſcopus non fuit. Interim tamen nihil definio, ſed cauſas dubitandi in medium pono. Illud poſtremo addendum videtur, Tertulliani libros cum judicio eſſe legendos, non eos tantum, quos ſancto Hieronymo teſte, contra Eccleſiam propriè ſcripſit, ſed etiam librum adverſus Praxeam, librum de anima, librum adverſus Hermogenem, librum de carne Chriſti, & librum de pœnitentia. In his enim propoſitiones non paucæ, vel erroneæ, vel certè ſuſpectæ occurrunt.

*De Clemente Alexandrino.* 204.

Clemens Alexandrinæ Eccleſiæ Presbyter, vir doctiſſimus Panteni diſcipulus, & Origenis magiſter, vixit ſub Severo Imp. ut ipſe teſtatur lib. 1. Stromatum. Ibi enim deducit tempora Imperatorum uſque ad obitum Commodi, cui Severus ſucceſſit, poſt breviſſimum Imperium Pertinacis, & Juliani. Multa ſcripſit, quorum meminerunt Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 11. & ſanctus Hieronymus de Script. Eccl. Nunc vero hæc opera ſuperſunt.

*Stromatum libri octo.*
*Pædagogi libri tres.*
*Oratio exhortatoria ad gentes.*

Neque de his dubitatio ulla eſt. Meminit Caſſiodorus in libro primo Divinarum Inſtitutionum explanationis Clementis Alexandrini in Epiſtolas canonicas: quæ explanatio, an ea ſit, quæ in Bibliotheca ſanctorum Patrum invenitur, non facilè judicare poſſum.

Non deſunt in hoc inſigni auctore ſententiæ aliquæ, quæ errorem ſapiunt, quas in libris noſtris Controverſiarum notavimus, & ob quas Gelaſius

Digitized by Google

Papa, in Concilio quodam Romano, Clementis hujus opuſcula inter apocrypha retulit. Utrum autem ſententiæ illæ ab hæreticis inſertæ ſint, ut aliqui piè credunt, an auctori more humano exciderint, ignoramus.

*De Minutio Felice.* 206.

MInutius Felix Tertulliani æqualis, ſcripſit *Dialogum inter Chriſtianum Octavium, & Ethnicum Cæcilium, qui Dialogus, Octavius inſcribitur*; atque inde factum eſt, cum auctor ignoraretur, ut ſeptem libris Arnobii contra gentes, hic veluti octavus adjungeretur. Sed revera non eſt octavus liber Arnobii, ſed Octavius Minutii Felicis, Cauſidici Romani inſignis, ut ſanctus Hieronymus teſtatur in lib. de Script. Eccl.

*De S. Hippolyto Epiſcopo, & Martyre.* 220.

SAnctus Hippolytus Epiſcopus Portuenſis, & martyr, Clementis Alexandrini diſcipulus, ſub Alexandro Severo martyrium conſummavit.

Multa ſcripſit, quæ enumerantur ab Euſebio lib. 6. hiſt. cap. 16. & à ſancto Hieronymo in lib. de Script. Eccl. Nunc ſolum extant *excerpta quædam ex libris S. Hippolyti de Theologia, & incarnatione apud Henricum Caniſium tomo quinto antiquæ lectionis: nec non in Bibliotheca Sanctorum Patrum, Oratio de conſummatione Mundi, De Antichriſto, & ſecundo adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

Conſulat Lector notationes Card. Baronii ad Martyrologium die 22. Auguſti.

*De Julio Africano.* 222.

JUlius Africanus paulo ſenior Origene fuiſſe videtur, cùm in epiſtola ad Origenem, eum filium appellet. Scripſit *librum de temporibus ab Origine Mundi uſque ad Macrinum Imperatorem*, ſub quo ipſe vivebat, & ad M. Antonium Heliogabalum, legationem ſuſcepit, ut ſanctus Hiero-

Digitized by Google

nymus teſtatur in lib. de Script Eccl. Sed hi lib perierunt, cum tamem extarent tempore Photii ut ipſe in Bibliotheca ſcribit. Extat hoc tempore ſolùm Epiſtola ad Origenem de hiſtoria Suſannæ quam fabuloſam eſſe contendit: cui reſpondit Origenes, veram illam eſſe demonſtrans. Epiſtola Julii Africani extat in ſecundo tomo operum Origenis.

*De Origene.* 226.

ORigenes Adamantius Clementis Alexandrini diſcipulus, vixit uſque ad tempora Galli, & Voluſiani Imp. teſte ſancto Hieronymo in lib. de Script. Eccl. Quamvis autem doctiſſimus fuerit deceptus tamen ex Platonis philoſophia in multos errores incidit. Sanctus Baſilius in lib. de Spiritu ſancto cap. 30. dicit, Origenem non habuiſſe ſanas de ſpiritu ſancto opiniones. Sanctus Epiphanius in libris de hæreſibus ponit Origenem in numero aliorum hæreticorum. Sanctus Hieronymus vertit in Latinum idioma libros Origenis Periarchon, ut oſtenderet errores plurimos, quibus libri illi ſcatent. Denique in quinta Synodo generali collatione 8. can. 11. dicitur anathema Origeni, & ſcriptis ejus, ſicut Ario, Eunomio, Macedonio, Neſtorio, & Eutycheti: & in lib. qui inſcribitur Pratum ſpirituale cap. 25. in quadam revelatione viſus eſt Origenes cum Ario, aliiſque hæreticis in gehennæ ignibus torqueri. Citatur autem Pratum ſpirituale in 7. Synodo generali, ne quis eum librum ſpernendum cenſeat. Hæc præmittenda exiſtimavi propter eos, qui Origenem defendere, vel excuſare conantur, quales fuerunt olim Euſebius in lib. 6. hiſt. Eccl. & in Apologia pro Origene, quam nomine Pamphili martyris edidit: & qui Euſebium imitatus eſt, Ruffinus, qui etiam Apologiam pro eodem Origene ſcripſit. Deinde paulò ante noſtram ætatem eandem defenſionem ſuſcepit

Joannes

Digitized by Google

annes Picus; & noſtro tempore Gilbertus Gebrardus.

Opera Origenis aſcendunt ad ſena millia librom, teſte Epiphanio in hæreſi Origenis, quæ eſt dine 64. Sed plurima perierunt. Quæ nunc exnt in duos tomos diſtributa, hæc ſunt.

Primi tomi.

Geneſim homiliæ. 17
Exodum homeliæ. 13
Leviticum hom. 16
Numeros hom. 28
librum Joſue hom. 26
lib. Judicum hom. 9
lib. Regum hom. 1
librum Job libri 3
Pſalm. 36. 37. & 38. hom. 9
Cantica canticorum hom. 6
Iſaiam hom. 9
In Hieremiam hom. 14
In Ezechielem hom. 14
Periarchon, id eſt, de principiis lib. 4
Threni ſive planctus Origenis tract. 1
De recta in Deum fide Dialogus
Commentaria in Job, Ioachimo Perionio interprete.
In eundem hom. 4

Secundi tomi.

n Matthæum tract. 35
n Lucam hom. 39
n Joannem tract. 32
n diverſa loca novi teſtamenti hom. 10
n epiſt. ad Rom. lib. 36
ontra Celſum lib. 8
ontra Marchioniſtas Dialogi.
Philocalia ſive de amore honeſti.
De Suſannæ hiſtoria Epitome.
De eadem hiſtoria Julii Africani epiſtola, & ad eandem Origenis reſp.

His addi poſſunt *Tetrapla*, *Exapla*, & *octapla* )rigenis labore contexta. *Tetrapla* ſunt quatuor ditiones teſtamenti veteris; 70. Interpretum, Aquiæ, Simmachi, & Theodotionis. *Exapla* ſunt quauor illæ adjunctis duabus Hebraicis, altera litteris Hebraicis, altera litteris Græcis. *Octapla* ſunt, editiones ſex ſupradictæ, adjunctis duabus ſine nomi-



Digitized by Google

ne auctoris, quinta, & ſexta: addidit ipſe Origenes ſeptimam editionem ex verſione 70. Interpretum emendata, & cum Theodotionis verſione collata, additis aſteriſcis & obeliſcis. Vide de his editionibus Epiphanium in lib. de ponderibus, & menſuris.

*Opera dubia, vel ſuppoſititia.*

HOmiliæ in Leviticum habentur etiam inter libros ſancti Cyrilli; ſed verè Origenis ſunt, non ſancti Cyrilli: nam & phraſim Origenis ſervant, & erroribus ejuſdem ſcatent.

Libri tres in Job, non videntur eſſe Origenis: nam lib. 1. Meminit auctor Homouſianorum, quam dicit eſſe ſectam trium Deorum, quæ totum orbem replevit. At nomen *Homouſianorum* inventum eſt ab Arianis, qui poſt obitum Origenis apparuerunt. Deinde lib. 2. meminit auctor ſancti Luciani jam tum martyrio affecti. At ſanctus Lucianus poſterior Origene fuit.

Commentaria quoque in Job, Perionio interprete, non videntur eſſe Origenis: nam in explanatione cap. 3. adfert expoſitionem ſancti Luciani martyris; item in explanatione cap. 7. & 8. refert Manichæos nominatim; & in cap. 18. meminit Homouſianiſtarum. At Manichæi & Ariani, qui Catholicos Homouſianiſtas vocabant, poſt Origenem exorti ſunt.

De Homiliis in Pſalmos aliqui dubitant, an ſint Origenis.

Homiliæ in diverſa loca Evangelii, ſine dubio non ſunt omnes Origenis.

In Homelia in primum caput Joannis mentio fit Manichæorum, & Arianorum, qui poſt Origenem exorti ſunt.

In homilia nona in diverſa loca, inveniuntur fragmenta ex ſancto Hieronymo in ultimum caput

Digitized by Google

ſaiæ Prophetæ, & ex ſancto Gregorio lib. 15. Moalium cap. 14. & ex aliis Origene poſterioribus; t ea fragmenta Hieronymi, & Gregorii, non Orienis eſſe, ſtylus manifeſtè docet.

In Homilia, de ſancta Maria Magdalena ſuper llud, *Maria ſtabat ad Monumentum foris plorans*, tylus eſt planè Latinus.

Tractatus quintus in Matthæum videtur eſſe Laini auctoris: nam adducens auctor verba Iſaiæ 48. *Dominus miſit me, & ſpiritus ejus*; in Græco, inquit, Spiritus ſanctus neutrius generis eſt, non naſculini, ut apud nos. Ubi ſe inter Latinos numerat. Et ſi tractatus quintus Latini auctoris eſt, non parva ſuſpicio eſt, reliquos etiam tractatus jusdem operis, Latini auctoris eſſe. Atque hæc pauca de Origene.

## *De Ammonio Alexandrino.* 226.

AMmonius Alexandrinus tempore Alexandri Imper. vixit, & ſcripſit canones evangelicos, quos alii Harmoniam Evangelicam vocant: quam Victor Capuanus cum Tatiani Diateſſaron confudiſſe videtur. Vide in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo 7. editionis ſecundæ & Card. Baronium tomo 2. Annalium ad annum Domini 174.

## *De S. Gregorio Taumaturgo.* 233.

SAnctus Gregorius antea Theodorus dictus Epiſcopus fuit Neocœſarienſis, & à magnitudine miraculorum patratorum Taumaturgus appellatus. auditor fuit Origenis, dum eſſet adoleſcens, ſed erroribus ejus omnino immunis fuit. Claruit tempore Alexandri Severi, cujus anno 10. factum Epiſcopum ſcribit Cardinalis Baronius in 2. tomo Annalium, ad annum 233.



Digitized by Google

Scripſit.

*Metaphraſim id Eccleſiaſtem.*
*Panegyricum in Origenem.*
*Brevem fidei confeſſionem, quam ex re- latione B. Joannis Apoſtoli didicit.*
*Expoſitionem fidei adverſus Elianum.*
*Et Epiſtolam Canonicam.*

His nuper adjunxit Gerardus Voſſius *duodecim ſen- tentias cum anathematiſmis:* Quæ extant Græce, Latinè apud Henricum Caniſium tomo 3. antiq lectionis.

*Tres Sermones ejuſdem S. Gregorii de Annun tione B. Virginis.*

*Item Sermonem de Baptiſmo Chriſti, ſive de Th phania Domini; denique diſputationem de Anima Tatianum.*

Et quidem de metaphraſi nullum eſt dubium. Ejus enim eſſe teſtatur ſanctus Hieronymus, tum in libro de Script. Eccl. tum in Commentario cap. 4. Eccleſiaſtæ. Ruffinus etiam meminit li 7. hiſt. Euſebii cap. 25. & falluntur, qui eam tri- buunt Gregorio Nazianzeno.

De Panegyrico quoque in Origenem res notiſſi- ma eſt. Scripſit enim illum adoleſcens, & coram ingenti multitudine, ipſo etiam Origene audiente, recitavit, teſte ſancto Hieronymo de Script. Eccl. & hoc tempore in lucem prodiit auctore Gerardo Voſſio hic ipſe Panegyricus Græcè, & Latinè.

Non minus certum eſt didiciſſe ſanctum Grego- rium confeſſionem fidei à B. Joanne Evangeliſta ſibi cum ipſa ſanctiſſima Virgine Deipara apparente; cujus rei meminit Gregorius Nyſſenus in vita Gre- gorii Taumaturgi; & eam ipſam fidei confeſſionem ab eodem Gregorio ſcriptam, totidem verbis re- ferunt idem Gregorius Nyſſenus, & alii.

Denique extra Controverſiam eſt epiſtola canoni-

Digitized by Google

ca, quam etiam Balſamon Commentariis illuſtravit.

Expoſitionem fidei, quam ſanctus Gregorius ſcripſit, exiſtimat Gerardus Voſſius ſe inveniſſe, & edidiſſe: ſed fortaſſe fallitur: nam expoſitio illa fidei, cujus meminit ſanctus Baſilius in epiſt. 64. ad Neocæſarienſes, quæ verè à Gregorio Taumaturgo ſcripta fuerat adverſus Elianum, multum differt ab iſta, quæ nunc extat apud Voſſium. In illa enim habebatur, Patrem & Filium hypoſtaſi eſſe unum, & ſola animi cogitatione diſtingui: unde ſuſpicio orta erat, à Gregorio foveri hæreſim Sabellii: & ſanctus Baſilius laborat, ut ſanctum Gregorium à Sabellianiſmi ſuſpicione defendat. At expoſitio fidei, quam Voſſius edidit, Sabellium nominatim refutat, neque unquam dicit Patrem & filium hypoſtaſi eſſe unum, & ſola rationis cogitatione diſtingui: ſed contra dicit, Patrem & filium natura divinitatis eſſe unum, & unamquamque perſonam per ſe ſubſiſtere, & aliam eſſe hypoſtaſim Patris, aliam Filii, &c. Præterea expoſitio fidei Voſſiana videtur omnino ſcripta contra Arianos, ac per hoc ſatis diu poſt tempora ſancti Gregorii Taumaturgi: ſic enim incipit, *Inimiciſſimi, & alieni à confeſſione Apoſtolica ſunt, qui dicunt, eſſe filium ex non extantibus. & infra, Eos vero, qui communicant cum iis, qui reiiciunt homouſion, tanquam alienum à ſcripturis, & qui dicunt aliquid ex Trinitate creatum eſſe, alienos exiſtimamus.* Conſtat autem Arianos fuiſſe, qui dicebant, filium eſſe ex non extantibus, & qui rejiciebant vocem *homouſion*, tamquam alienam à ſcripturis. Quin etiam ita diſputat hic auctor de incarnatione, ut videatur refellere Neſtorianos, & Eutychianos.

Eadem cenſura addi poteſt ad duodecim capitula cum anathematiſmis, quæ Gerardus Voſſius ſancto



Digitized by Google

Gregorio tribuit. Videntur enim illa capitula quaſi appendix quædam ad expoſitionem fidei adjuncta, ac præcipuè Neſtorii & Eutychetis erroribus opponuntur: qui hæretici longè poſt obitum ſancti Gregorii exorti ſunt.

De ſermonibus in Annuntiationem, & Theophaniam Dominicam, ut etiam de libello De anima ad Tatianum, nihil certi habeo, cum nec veteres horum operum meminerint; neque tamen convinci poſſit, eos eſſe ſuppoſititios.

### *De ſancto Cornelio Papa.* 254.

SAnctus Cornelius Papa tempore Decii ſedit, & ſcripſit *inſignes epiſtolas*, quarum meminit ſanctus Hieronymus in lib. de Script. Eccl. è quibus extat ſolum epiſtola ad Fabium, ſive Flauianum Antiochenum Epiſcopum, ſed non integra, apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 35. & alia brevis ad Lupicinum, tomo 1. Bibliothecæ ſanctorum patrum, & aliæ duæ inter epiſtolas ſancti Cypriani.

### *De ſancto Sixto Secundo.*

SIxtus ſecundus Pontifex, & martyr dicitur ſcripſiſſe *librum ſententiarum, ſive prouerbiorum*, qui citatur à ſancto Auguſtino lib. De natura, & gratia, cap. 64. & extat in tomo 5. Bibliothecæ ſanctorum patrum editionis 2.

Cæterum liber ille falſò tribuitur ſancto Sixto martyri, cum ſit Sixti philoſophi ethnici, ut ſanctus Hieronymus demonſtrat in epiſt. ad Cteſiphontem; & in cap. 22. Hieremiæ, & in cap. 18. Ezechielis: & ſanctus Auguſtinus lib. 2. Retractationum cap. 42. retractat locum citatum ex libro De natura & gratia. Denique Gelaſius in concilio 70. Epiſcoporum reprobat librum proverbiorum ſub nomine ſancti Sixti ab hæreticis conſcriptum: dicit autem ab hæreticis conſcriptum, quia Ruffinus eum librum plenum erroribus convertit ex Græco, & ſancto Sixto attribuit.

Digitized by Google

*De ſancto Cypriano.* 250.

SAnctus Cyprianus vir eloquentiſſimus & ſanctiſſimus ſub Valeriano, & Gallieno martyrium paſſus eſt, teſte ſancto Hieronymo in lib. de Script. Eccl. ſed in Epiſcopum promotus fuit temporibus Fabiani Papæ, & Philippi imp. proinde ſedit temporibus Fabiani, Cornelii, Lucii, Stephani, & Sixti Pontificum Romanorum. Opera ejus multa extant, ſed non omnia indubitata: primo igitur catalogum texemus operum indubitatorum.

Opera S. Cypriani indubitata.

*Epiſtolarum libri quatuor, quas Pamelius ordine temporum digeſſit & ſunt numero 83.*

*De habitu Virginum, tractatus unus.*

*De lapſis.* 1

*De ſimplicitate Prælatorum, ſive de unitate Eccleſiæ.* 1

*De oratione Dominica.* 1

*Contra Demetrianum.* 1

*De Idolorum vanitate.* 1

*De mortalitate.* 1

*De Eleemoſina.* 1

*De bono patientiæ.* 1

*De zelo & livore.* 1

*De exhortatione martyrii.* 1

*Ad Quirinum contra Judeos lib.* 3.

*Ad Jubaianum de baptizandis hæreticis.* 1

*Ad Pompeium contra epiſtolam Stephani Papæ.* 1

*Hos tamen duos lib. Pamelius inter epiſtolas conieсit & ſunt epiſtolæ* 73. *&* 74.

*Sententiarum ex concilio Carthaginenſi de hæreticis baptizandis.* 1

Opera ſuppoſititia, vel dubia.

*De monte Sinai & Sion tractatus unus.*

*De relevatione capitis ſancti Joannis Baptiſtæ*

*Expoſitio Symboli.*

*De ſingularitate Clericorum.*

*De operibus Cardinalibus Chriſti, Sermones* 12.

*De laude Martyrii.*

*De diſciplina, & bono pudicitiæ.*

*Ad Novatianum de ſpe veniæ lapſis non neganda.*

*De duplici martyrio.*

*De Aleatoribus.*

Digitized by Google

*De Cœnæ diſpoſitione.*
*De duodecim abuſionibus ſeculi.*
*De ſpectaculis.*
*De Judaica incredulitate ad Vigilium.*
*De Judæis qui inſecuti ſunt Chriſtum.*
*Carmen, Geneſis.*
*Carmen, Sodoma.*
*Carmen ad Apoſtatam S- natorem.*
*Hymnus de Paſcha.*
*Oratio pro Martyrib- quæ incipit, Agios*
*Oratio altera quæ inci- Domine ſancte Pate-*

Tractatus de monte Sinäi, & Sion, non h- ſtylum ſancti Cypriani.

Tractatus de revelatione capitis ſancti Joan- Baptiſtæ, non eſt ſancti Cypriani, ſed auctoris - to recentioris, qui in hoc ipſo opere mentio- facit ſanctorum Athanaſii & Cyrilli: item Th- doſii Imp. & Pipini Regis Francorum: & ipſa re- latio capitis ſancti Joannis Baptiſtæ contigit - Theodoſio, ut Nicephorus teſtatur lib. 12. cap. - Itaque relevatio, de qua hic agitur facta eſt an- plus centum poſt obitum ſancti Cypriani.

Expoſitio Symboli, non eſt ſancti Cypriani, - Ruffini: nomine Ruffini habetur inter opera ſan- Hieronymi: & teſtatur Gennadius in libro de - illuſtribus, Ruffinum in explicatione Symboli - celluiſſe: denique ſtylus eſt Ruffini, non ſan- Cypriani.

Tractatus de ſingularitate Clericorum, ubi pr- hibetur Clericis cohabitatio fœminarum, inſign- & utilis eſt, & antiqui ſine dubio auctoris: non- nullis videtur eſſe potius Origenis, quam Cyprian- Sed tamen ſtylus apertè reclamat; & Latinum au- ctorem, non Græcum eſſe clamat. Idem etiam ſty- lus ſatis diverſus eſt à ſtylo ſancti Cypriani, & ver- ba multa parum latina admiſcet, quæ in Cypriano non inveniuntur, qualia ſunt inordinaliter, conte-

Digitized by Google

ernalitas, mulcedo, paſſibilitas, & alia.

Sermones de operibus Cardinalibus Chriſti eruiti, & antiqui auctoris ſunt, ſed non videntur eſſe Cypriani. Primùm enim ſtylus multo humilior eſt uam ſancti Cypriani eſſe ſoleat. Deinde in ſermone de Tentatione & Jejunio, docet hic auctor Diabolum cecidiſſe de cælo ante hominis creationem, cujus ſententiæ contrarium habet ſanctus Cyprianus in tractatu de zelo & livore. Denique in præfatione ſic alloquitur ſanctum Cornelium Papam, *Quia inquit, ſolent aliquando Patres nugis infantilibus arridere, & linguis balbutientibus delectari, indulgentiam meretur humilitas, quæ, quo poteſt acceſſu ſublimitatis veſtræ manibus ſe porrigit attrectandam.* Hæc ille, At ſanctus Cyprianus ſemper Cornelium fratrem, & collegam appellabat: nec ignorabat, ſe non minus doctum, & diſertum, quàm Cornelius eſſet; & cum prętere Epiſcopus ante Cornelium ordinatus fuiſſet, & in Eccleſia univerſa mirifice clareret, nunquam profectò ſcripta ſua nugas infantiles appellaret: neque diceret ſublimitatem Cornelii lingua balbutienti Cypriani oblectari debere.

Libellus de laude martyrii ideo poſitus eſt inter opera Cypriani dubia, quoniam Eraſmus dubitavit ob aliquam ſtyli diſſimilitudinem. Sed communiter admittitur inter vera opera ſancti Cypriani, præſertim cum Moyſes, & Maximus, ad quos liber iſte ſcribitur, in epiſtola ad Cyprianum, quæ eſt 26. inter epiſtolas S. Cypriani, hujus ipſius libri mentionem faciant, neque ſtylus diſſidet ab aliis operibus, niſi quod eſt magis elaboratus, quàm aliqua alia ejuſdem opera, ſed non magis, quàm omnia. Siquidem epiſtola ſecunda, quæ eſt ad Donatum, non cedit huic libello; & tamen illa epiſtola eſt, hic vero liber ſimilis orationi in genere demonſtrativo.

Digitized by Google

Liber de diſciplina, & bono pudicitiæ: & lib ad Novatianum de ſpe veniæ danda lapſis; S. Cy priani mihi eſſe videntur, quicquid Eraſmus dica qui nimis ſubtiliter de ſtyli diſſimilitudine aliqua do judicat.

Liber de duplici Martyrio S. Cypriani eſſe no poteſt, cùm auctor mentionem faciat Diocletia & Maximiani Imperatorum, qui nondum imper cœperant, cùm S. Cyprianus martyrium pateret ac ut magis miremur, qua fronte ejuſmodi li ſub Cypriani nomine edantur, meminit hic ide auctor belli Cæſarei contra Turcas.

Liber de aleatoribus utilis & doctus eſt; ſed n videtur eſſe Cypriani, cùm in principio ſatis ape ſignificet auctor, ſe univerſali Eccleſiæ præſide & Apoſtolatum gerere, ſuper quem Chriſtus fu davit Eccleſiam, & Chriſti vicariam Sedem ob nere, & ſibi traditas eſſe claves ligandi, & ſolve di, &c. Itaque videtur libellus eſſe alicujus Rom ni Pontificis, qui S. Cypriani ſcriptiones imitat quamvis ſtyli ejus elegantiam non aſſequatur.

Liber de cœnæ diſpoſitione non ſolum Cypria non eſt, verum neque alicujus docti hominis. Fo taſſe auctor ejus Cyprianus dicebatur, ſed longe verſus ab illo, de quo nunc agimus: nam neq verba, neque ſententias habet homine docto di nas: ſed ineptas, & ridiculas narrationes, & fabell

Liber de duodecim abuſionibus ſeculi S. Cypri ni eſſe non poteſt, cùm paſſim citet ſcripturas verſione S. Hieronymi: qua ratione neque S. Au ſtini erit, quamvis inter ejus etiam opera feratu

Liber de ſpectaculis egregius eſt, & ad imitati nem libri Tertulliani de eodem argumento co ſcriptus. Ratio dubitandi ſitnè Cypriani, an no ſola ſtyli diverſitas eſſe videtur.

Liber de incredulitate Judaica ad Vigilium,

Digitized by Google

eſt aliud, niſi verſio in Latinam linguam dia-
gi Græci inter Jaſonem Chriſtianum, & Papiſ-
m Hebræum: qui Græcus dialogus antiquiſſimus
, cùm ejus meminerit Origenes lib. 4. contra
:lſum. Auctor autem Latinæ verſionis non Cy-
ianus, ſed Celſus dicitur, ut perſpicuum eſt ex
timis verbis [illegible]ri.

Liber de Judæis, qui inſecuti ſunt Chriſtum
ucti Cypriani non eſſe videtur ob nimis magnam
yli diverſitatem.

De carminibus & orationibus nihil certi habeo:
am neque habemus veterum teſtimonia, unde pro-
:mus opera iſta eſſe Cypriani: neque habemus ar-
ımenta, unde probemus non eſſe: opera ſunt
avia, & docta, & ſancto Cypriano digna.

## *De S. Pontio Diacono.* 250.

SAnctus Pontius, Diaconus ſancti Cypriani ſcrip-
ſit *inſigne volumen de vita & paſſione S. Cypriani*
:ſte S. Hieronymo de Script. Eccl. Id volumen ex-
at ad initium S. Cypriani in editione Jacobi Pamelii.

## *De S. Dionyſio Alexandrino.* 250.

SAnctus Dionyſius Alexandrin. Epiſcopus æqua-
lis fuit S. Cypriani, ſed paulo prior in Epiſcopa-
ı, & paulo poſterior in morte: & ſcripſit libros, &
piſtolas multas, teſte S. Hieronymo de Script. Eccl.
.xtat nunc epiſtola una ſatis brevis inter canones
.ccleſiaſticos Græcorum cum annotationibus Bal-
amonis. Extat Epiſtola inſignis contra Paulum Sa-
noſatenum Romę edita græcè & latinè anno 1608.
:xtant etiam multa, & magna fragmenta operum
ujus Dionyſii apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 33.
x ſequentibus uſque ad finem libri, & lib. 7. cap.
ı. & ſequentibus uſque ad 21. Extant denique alia
ragmenta apud Athanaſium in libro de ſententia

Digitized by Google

Dionyſii Alexandrini, & in lib. de ſententia Ni-cænæ Synodi. Neque de his ulla controverſia eſt.

*De S. Zenone Epiſcopo & Martyre.* 260

ECcleſia Veronenſis ſanctum Zenonem Epiſco-pum veneratur, quem ſub Gallieno Imperato passum eſſe prædicat, & ejus ſermones permult nuper edidit. Hujus Zenonis Epiſcopi, & marty nulla fit mentio apud Euſebium in hiſt. neque ap ſanctum Hieronymum in lib. de Script. Eccl.

Primus eſt S. Gregorius, qui S. Zenonem E-copum Veronæ Martyrem nominat lib. 3. Dia-gorum, cap. 19. ſed de operibus ejus mention nullam facit. Extant ſub nomine ejus ſermo editi Veronæ anno 1586.

| | | |
|---|---|---|
| *De Geneſi ſermones.* | 4 | *Ad Neophitos.* |
| *De Abraham.* | 3 | *De Iſaia.* |
| *De ſomnio Jacob.* | 1 | *De Martyrio Iſaia.* |
| *De Juda Patriarcha.* | 1 | *De Daniële.* |
| *De Exodo.* | 15 | *De Jona.* |
| *De Præcepto, Attende tibi.* | 1 | *De Evangelio ſecundu Lucam.* |
| *De Job.* | 1 | *De Evangelio ſecundu Joannem.* |
| *De Pſalmis.* | 9 | *De Spirituali ædificatio ne.* |
| *De Epiſtola ad Corinthios* | 1 | *De Patientia:* |
| *De Æterna filii generatione.* | 3 | *De Pudicitia.* |
| *De adventu Chriſti.* | 1 | *De Continentia.* |
| *De Nativitate Chriſti.* | 3 | *De Juſtitia.* |
| *De Circumciſione.* | 1 | *De Jejunio.* |
| *De Fide.* | 1 | *De Timore.* |
| *De Fide, Spe, & Charitate.* | 1 | *De Spiritu & corpore.* |
| *De Fidei veritate.* | 1 | *De Avaritia.* |
| *De Paſcha.* | 9 | *De Livore, & invidia.* |
| *Invitatio ab Fontem.* | 8 | *De S. Archadio.* |
| | | *De Reſurrectione.* 1 |

Ex

Ex his ſermo in illud, *Attende tibi*; & ſermo in
angelium Lucæ, & ſermo de jejunio, & ſermo
livore, & invidia, non ſunt ſancti Zenonis, ſed
ncti Baſilii Magni, ut notum eſt, tum ex ſtylo.
n ex communi ſententia. Item ſermones in Pſal-
os, ſi non omnes, certè majori ex parte apud
ilarium inveniuntur.

De aliis non habeo, quod dicam, niſi aliquos
ſe breuiſſimos, ut ſermones dici non mereantur;
iquos eſſe repetitiones aliorum, aliquos ita obſ-
ros, ut intelligi nequeant: & quod me male ha-
t, de his ſermonibus nullam extare apud vete-
s mentionem. Primus enim, qui eos invenit,
uarinus fuit Veronenſis Orator, ante annos cir-
er centum: editi ſunt autem Venetiis anno 1508.
poſtea emendatius, & pulchrioribus characteri-
is Veronæ anno 1586. conſulat Lector Cardi-
alem Baronium in notis Martyrologii.

*De S. Victorino Pictabionenſi.* 270.

Anctus Victorinus Pictabionenſis Epiſcopus, &
Martyr, ſancti Cypriani æqualis, vel paulo po-
erior, *multa opera* ſcripſit teſte ſancto Hierony-
no in lib. de ſcript. Eccl. Nunc ſolùm extat com-
nentarium in Apocalypſim, & de hoc ipſo dubium
ſt, an ſit Victorini opus. Scribit enim ſanctus Hie-
onymus in epiſtola præfixa Commentario Victo-
ini in Apocalypſim, Victorinum in iſto ſuo Com-
entario ſecutum eſſe errorem Chiliaſtarum, quod
tiam ſcripſit in libro de Script. Eccl. in Papia:
ua de cauſa Gelaſius Papa Victorini opera inter
pocrypha numeravit. At Commentarium, quod
unc extat ſub nomine Victorini, non ſolùm hoc
rrore caret, ſed contra hunc errorem etiam pug-
at. Hic beatus vir ſub Diocletiano martyrium
paſſus eſt anno Domini 303.



Digitized by Google

*De S. Methodio Epiſcopo, & Martyre.* 285.

SAnctus Methodius Epiſcopus Tyri claruit te- pore Diocletiani Imperatoris, & anno ejus Martyrio coronatus eſt, ex Hieronymo de Scr Eccl. Is multa ſcripſit, ſed nunc ſolum extant *fr menta* ſatis magna ex lib. ejus *de reſurrectione verſus Origenem*, apud Epiphanium hæreſi 64. E tant etiam alia *fragmenta* apud Photium in Bibl theca. Circumfertur *libellus revelationum* ſub no ne ſancti Methodii, ſed ſuppoſititius cenſetur.

*De Dorotheo Tyrrenſi.*

DOrotheus Tyrrenſis dicitur tempore Dioc tiani exilium paſſus, & ſcripſiſſe *Synopſin vita Prophetarum, & diſcipulorum Chriſti*: q Synopſis extat in bibliotheca ſanctorum Patru & frequenrer citatur. At hujus Dorothei null mentionem inveni apud Euſebium, ſanctum *Hier* nymum, vel Gennadium, aut etiam Joanne Trithemium, qui ſcripſerunt de viris illuſtribus.

Ipſa verò Synopſis plena eſt fabulis. Conſul lector, quæ iſte auctor ſcribit in vita Abdiæ, Jon Iſaiæ, Hieremiæ, & Eliſœi. Præterea conſula quæ ſcribit in vita Jacobi Alphæi, & Clementis & in ſumma ſciat, ab iſto numerari inter 72. *Di* cipulos Chriſti omnes, qui ab Apoſtolo Paulo no minantur, etiamſi Ethnici fuerint, vel femin & illos omnes non ſolum diſcipulos Domini, ſe etiam Epiſcopos facere. Non meminiſſem libri ta fabuloſi, niſi vidiſſem à multis citari, & non nimi fieri.

*De Arnobio.* 285.

ARnobius ſub Imp. Diocletiano floruit, teſt ſancto Hieronymo de Script. Eccl. ac ut pro baret, ſe verè factum eſſe ex pagano Chriſtianum, ſcripſit *libros ſeptem contra gentes*: nam octavus, qui illi operi adjunctus eſt, non eſt liber octavus

Digitized by Google

Arnobii, ſed Octavius Felicis Minutii, de quo ſupra dictum eſt. Feruntur etiam ſub nomine Arnobii Commentaria brevia in Pſalmos, Sed ea non videntur eſſe hujus Arnobii, ſed alterius recentioris: nam in explicatione Pſalmi 108. refellit hic auctor hæreſim prædeſtinatorum, quæ tempore S. Auguſtini, vel poſtea exorta eſt: & in explicatione Pſal. 109. nominatim refellit Photinum hæreſis Ebionitarum inſtauratorem. At Photinus tempore Valentiani Imperatoris vixit, teſte S. Hieronymo de Script. Eccl. quo tempore Arnobius ſuperſtes eſſe non poterat. Fuit enim Arnobius præceptor Lactantii, Lactantius autem in extrema ſenectute vocatus eſt à Conſtantino Magno, ut Criſpum filium erudiret, teſte S. Hieronymo de Script. Eccl. in Lactantio. Quamvis autem Commentaria in Pſalm. non ſint illius Arnobii, qui circa initia Principatus Diocletiani florebat: ſunt tamen auctoris alicujus veteris, qui etiam Arnobius dicebatur, ut conſtat ex Commentariis Bedæ in Pſalmos, in quibus explicatio Arnobii non ſemel adducitur. Vide infrà in verbo Arnobius junior. Feruntur etiam annotatiunculæ in varia loca Evangelii; ſed parvi momenti neque certum eſt, an ſint Arnobii.

### *De Lactantio Firmiano.* 290.

LActantius Firmianus, Arnobii auditor, floruit ſub Diocletiano, & ad Principatum Conſtantini Magni in ſenectute pervenit, teſte S. Hieronymo in libro de Script. Eccl. ubi multa ejus opera recenſet, quę non extant: quę autem extant hęc ſunt.

| | | |
|---|---|---|
| *Divinarum Inſtitutionum libri.* | 7 | *Carmen de Phænitce* |
| *De Ira Dei.* | I | *Aliud de paſſione Domini.* |
| *De Opiſicio Dei.* | I | *Tertium de Reſurrectione ejuſdem & de Paſchate.* |
| *Epitome in libros ſuos.* | | |

Et quidem opera omnia, exceptis carminibus,



Digitized by Google

ſine controverſia Lactantii ſunt: & quemadmodu
ad eloquentiam Tullianam proximè accedu
ita erroribus variis ſic deformata ſunt, ut non
cauſa Gelaſius Papa in Concilio Romano apoc
pha cenſeri voluerit.

Carmen de Phœnice Ethnici hominis eſſe videtu
Carmen de reſurrectione, & Paſchate, ut etia
de Paſſione, ambiguum eſt, an Lactantii ſint, q
nonnulli negant illius eſſe: & tamen non habem
certum argumentum, unde probetur illius non eſ

# SECULUM QUARTU

## Ab anno 300. ad 400.

*De Conſtantino Magno Imperatore.* 306.

COnſtantinus S. Helenæ filius, Impera
Maximus, & feliciſſimus, quamvis occ
patiſſimus in imperio orbis terræ gub
nando, quod ſuſcepit anno Dom. 306
tenuit uſque ad 337. ſcripſit tamen *multas lati
orationes*, earumque magnam partem recitavit, E
ſebio teſte lib. 4. de vita Conſtantini cap. 29. U
tantum nunc ſupereſt, ſcripta ad Sanctorum cœ
tum, cujus meminit idem Euſebius lib. 4. cap. 3
de vita Conſtantini, atque eadem excudi ſolet p
ipſos libros de vita Conſtantini. Oratio ſanè p
chra, & luculenta de Chriſti adventu, & divini
te: ubi etiam cap. 18. inſeruntur carmina *Siby*
Erithrææ, quarum litteræ capitales reddunt ha
ſententiam, *Jeſus Chriſtus, Dei filius, ſervator, Cru*
Scripſit etiam idem Imperator *epiſtolas multas*, qu
rum aliquæ extant tum in hiſtoria Euſebii, tum in l
bris de vita Conſtantini. Sed epiſtolę poſſent fortaſſ
tribui Secretariis; ſed orationes ipſius Conſtantini
proprio labore, & ſtudio ſcribebantur, ut diximus.

Digitized by Google

*De Euſebio Cæſarienſi.* 326.

EUſebius Pamphili Epiſcopus Cæſarienſis, tempore Conſtantini Magni floruit, ſcripſit pluria, ex quibus hæc nunc exſtant.

| | |
|---|---|
| *De Evangelica præparatione lib.* | 14 |
| *De Evangelica demonſtratione.* | 10 |
| *De Hiſtoria Eccleſiaſtica.* | 10 |
| *De vita Conſtantini.* | 4 |
| *Adverſus Hæreſim Hieroclis.* | 1 |
| *De Philoſophorum diſſenſione.* | 1 |

*Chronicon interprete S. Hieronymo.*

Libri de præparatione, & demonſtratione Evanelica imperfecti ſunt. Scripſit enim Euſebius, teſte. Hieronymo de Script. Eccl. De præparatione ib. 15. De demonſtratione lib. 20. Nunc autem lli ſunt 14. iſti ſunt 10. Hiſtoriam Euſebii Eccleiaſticam Ruffinus vertens, libros novem confecit uibus duos ipſe addidit. Sed Jo. Chryſtophoſonus in ua interpretatione libros decem eſſe oſtendit, quot tiam S. Hieronymus numeravit. Cæterùm Ruffiaus non ad verbum vertit, ſed aliqua addidit, aliqua etraxit. Hanc hiſtoriam Gelaſius inter apocryphos ibros retulit, fortaſſe ob nimias laudes Origenis.

Scripſit Præterea Euſebius ſub nomine S. Pamhili martyris Apologiam pro Origene: quamvis nim S. Hieronym. in lib. de Script. Eccl. in Pamhilo teſtatus ſit à S. Pamphilo ſcriptam fuiſſe Apoogiam pro Origene: tamen idem S. Hieronym. lib.. in Ruffinum, ſe poſtea comperiſſe dicit, Apoloiam illam eſſe partem Apologiæ Euſebii pro eoem Origene, cui Ruffinus mutaverat titulum, & oc ipſum probat teſtimonio Euſebii, qui S. Pamphiam nihil ſcripſiſſe aſſeruit præter epiſtolas aliquot.

Porrò Euſebium hunc Cęſarienſem Arianum hęreticum fuiſſe teſtatur S. Athanaſius in libro de Decretis Nicenæ Synodi: teſtatur S. Hieronymus in



Digitized by Google

utroque libro adverſus Ruffinum, ubi Euſebiu
hunc non ſolùm hæreticum Arianum, ſed nu
ſigniferum, nunc Principem Arianorum vocat: te
ſtatur ſeptima Synodus Act. 5. ubi primum Leg
Apoſtolici, deinde tota Synodus rejiciunt auctori
tatem Euſebii Pamphili, tamquam hæretici Ariani
Quare mirum eſt, cur aliqui moderni Euſebiu
hunc tanto ardore defendere velint.

*De Juvenco Poeta Christiano.* 330.

JUvencus presbyter ſcripſit Conſtantino Imp
rante *libros quatuor carminum, quibus Evang
licam hiſtoriam complexus eſt.* Laudat hoc opu
ſanctus Hieronymus, tum in libro de ſcript. ecc
tum in epiſtola ad Magnum, tum etiam in Com
mentario ad cap. 7. Matthæi. Extant hi libri in 8. to
mo Bibliothecæ ſanctorum Patrum editionis ſe
cundæ.

*De S. Antonio Abbate.* 330.

SAnctus Antonius Abbas eodem Imperatore
Conſtantino floruit, ſcripſitque *epiſtolas ſepte
lingua Ægyptiaca, ſed ſenſu & ſpiritu* Apoſtolico, ut
ſanctus Hieronymus teſtatur in lib. de Script. Eccl.
Extant epiſtolæ S. Antonii in Bibliotheca Ss. Patrum:
Addit Jo. Trithemius in libro ſuo de Script. Eccl.
ſcriptos fuiſſe ab eodem magno Antonio duos lib
ſermonum, qui pariter nunc extant in Bibliotheca
ſanctorum Patrum. Sed mirum eſt Trithemium non
advertiſſe, in ſermonibus illis citari Baſilium, Gregorium Nyſſenum, Jo. Chryſoſtomum, Nilum, Photium, & alios, qui multis annorum centuriis poſteriores fuerunt S. Antonio Abbate, de quo nos loquimur.

*De S. Pachomio.* 340.

SAnctus Pachomius ex milite gentili Monachus probatiſſimus effectus, S. Antonii æqualis, & forte diſcipulus, ſcripſit *regulam Monachorum, An-*

Digitized by Google

*olo dictante*, quæ extat inter opera Joannis Caſſiani Romæ excuſa.

*De ſancto Oreſieſi.* 340.

ORefieſis Monachus æqualis S. Pachomii ſcripſit (Gennadio teſte in libro de viris illuſtribus) *librum divino ſale conditum de inſtructione vitæ Monaſticæ:* hic liber extat in Bibliotheca SS. Patrum editionis ſecundæ, tomo quarto.

*De S. Machario Seniore.* 340.

SAnctus Macharius Senior S. Antonii diſcipulus, & S. Pachomii, atque Oreſieſis æqualis, ſcripſit *homilias quinquaginta ad Monachos*, quæ extant in Bibliotheca SS. Patrum tomo ſecundo, editionis ſecundę.

*De ſancto Athanaſio.* 340.

SAnctus Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus, ſub eodem Conſtantino florêre cœpit, & ſub Valente Imperatore migravit ad Dominum, teſte S. Hieronymo de Script. Eccl. Opera S. Athanaſii quatuor tomis continentur, nec tamen ſunt omnia: meminit enim S. Hieronymus duorum librorum contra gentes & libri unius contra Valentem, & Urſacium, & alterius de Pſalmorum titulis, & etiam de vita ſancti Antonii, qui tamen libri in his quatuor tomis deſiderari videntur, niſi forte mutata ſint nomina, ut mox dicemus.

Tomi Primi.

*Oratio contra Idola.*
*De Incarnatione Verbi, ejuſque ad nos adventu.*
*Ad Epictetum Epiſcopum Corinthiorum epiſtola.*
*Expoſitio fidei.*
*Liberii Epiſcopi Romani ad Athanaſium epiſtola.*
*Athanaſii Reſponſio.*
*Ad Antiochenſes epiſtola.*
*De æterna ſubſtantia Filii & Spiritus ſancti cum Deo.*
*Oratio quod Chriſtus ſit unus.*
*Ad Adelphium fratrem contra Arianos.*
*Orationes quatuor contra*

*Arianos.*
*In hoc dictum, ex Deo Deus eſt verbum.*
*In hoc dictum, Omnia mihi tradita ſunt*, &c.

*Compendium è ſuperio-bus contra eos, qui cant Spiritum ſanct eſſe creaturam.*

*Obſervatio in libros* Primi *Tomi.*

ORatio contra idola, & liber de Incarnatio Verbi, videntur eſſe duo libri contra gent quorum ſanctus Hieronymus meminit. Nam i tio libri de Incarnatione Athanaſius dicit, ſe h nus diſputaſſe contra Idola, nunc ſequi, ut diſ tet de Incarnatione Verbi, ut planè appareat illa opera eſſe conjuncta, & unum eſſe partem al rius. Utrumque autem eſt contra gentiles, & fertum teſtimoniis gentilium. Quare mirum eſt cur unum dicatur oratio, & alterum dicatur liber cùm utrumque ſit diſputatio contra Idola, & pr Chriſto adverſus gentes.

In eodem primo tomo eſt quædam expoſitio fid de qua, nùm ſit Athanaſii, ambigo, tum quia di verſa eſt à Symbolo Athanaſii, nec ſcio, cur du expoſitiones fecerit; tum maximè, quia hæc videtur illi contraria: in hac enim dicitur *tres perſona divinas non eſſe tres ſubſiſtentias, ſeorſim diſtinctas*: in illo autem Symbolo dicitur, *alia eſt perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus ſancti*, & Græcè, *alia hypoſtaſis*, id eſt, *ſubſiſtentia*: teſtatur enim ſanctus Gregorius Nazianzenus Oratione in Athanaſium extrema, ab Athanaſio fuiſſe declaratum intelligi à Latinis per nomen *perſona*, quod à Græcis per nomen *hypoſtaſis*, & Græcos dicere tres hypoſtaſes; Latinos, tres perſonas.

In eodem tomo habetur epiſtola Liberii Papæ ad Athanaſium, & reſponſio Athanaſii ad Liberium: ſed neutra videtur convenire auctori, cui tribuitur. Liberius enim ita ſcribit ad Athanaſium:

Digitized by Google

ſi dubitet de ejus fide; & jubet illum anathema
tere Sabellio, & Ario: deinde addit rationem.
t ego ſecurior efficiar, tuaque mandata inhæſi-
ter obeam. At neque credibile eſt, Liberium un-
uam dubitaſſe de fide S. Athanaſii: neque etiam
a ſe illi ſubieciſſe, ut mandata ejus obiturum ſe
olliceretur. Adde, quod epiſtola, quæ tribuitur
iberio incipit per, *Ergo*, ſine interrogandi nota,
t concluſio potius epiſtolæ, quam epiſtola eſſe
ideatur.

Reſponſio quoque Athanaſii non habet formam
piſtolæ, ſed ſimplicis confeſſionis fidei: neque con-
ſſio concepta eſt verbis ſatis propriis, præſertim
i dicit *illa caro ſuſpenſa eſt in Cruce, non ipſe: illa, omnes humanas paſſiones, ut homo ſuſtinuit: non ipſe*. At negari non debet, ipſum Chriſtum, ſive
tiam ipſum Deum Crucifixum in carne: ſic enim
oquitur ſanctus Petrus. *Chriſto igitur in carne paſſo*,
& *Chriſtus paſſus eſt pro nobis*: & ſanctus Paulus,
*Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem*. &, *Numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*.
Sanctus vero Athanaſius maximè proprie, &
caſtigate de ejuſmodi myſteriis loqui ſolet. Proinde
non videtur ejuſmodi ſcriptio ſancto Athanaſio
tribuenda.

Tomi ſecundi.

| | |
|---|---|
| *Apologia ad Conſtantium.* | *Ad Seraphionem epiſtola.* |
| *Apologia de fuga ſua.* | *Ad ſolitariam vitam agentes epiſtola.* |
| *Epiſtola ad omnes Orthodoxos.* | *Ad Jovian. Imp. epiſtola.* |
| *De ſententia Dionyſii Alexandrini.* | *De Synodis Arimini, & Seleuciæ.* |
| *De decretis Nicænæ Synodi contra Euſebium.* | *Ad Dracontium, Epiſcopatum fugientem epiſtola.* |
| *Apologia contra Arianos ſecunda.* | *Ad Epiſcopos Africæ epiſt.* |

Digitized by Google

*Obſervatio in Tomum ſecundum.*

IN hoc ſecundo tomo nihil eſt, de quo, aut e
ambigam, aut alios ambigere ſciam. Illud un
admonendum duxi, quod S. Hieronymus in li
de Script. Eccl. ſcribit, extare etiam librum At
naſii contra Valentem & Urſacium, rectè acc
poſſe de libro inſcripto, De Synodis Arimini,
Seleuciæ: in illis enim contra Valentem & Ur
cium propriè ſcribitur.

Sunt etiam in hoc tomo duæ breves epiſtolæ
epiſtolam ad Jovianum Imperatorem, quæ neſ
cur in indice ſint prætermiſſæ.

Tomi Tertii.

*De Incarnatione Verbi.*
*De natura humana ſuſcepta.*
*De Incarnatione Chriſti.*
*De ſalutari adventu Chriſti contra Appollinarem.*
*Contra omnes hæreſes ſermo.*
*Ad Maximum Philoſophum Oratio.*
*In illud*, Profecti in pagum, invenietis pullum.
*In paſſionem Salvatoris.*
*Ad Marcellinum de interpretatione Pſalmorum.*
*De Virginitate, ſive de meditatione.*
*Teſtimonia ex ſcriptura de naturali communione ſimilis eſſentiæ trium perſonarum.*
*Ad omnes ubique p Ægyptum, & Syri* &c.
*Refutatio contra hypo ſim Meletii.*
*De ſanctiſſima Deip Maria.*
*In paſſionem & Cruc Domini.*
*Ad Seraphionem Epiſc pum Thmutæos epiſ*
*In Illud*, Quicumque d xerit verbum, &c.
*Diſputatio in Nicæno co cilio contra Arium.*
*Homelia de ſemente.*
*Declaratio levitici de di verſa ejuſdem rei no menclatura.*

*Obſervatio in Tomum Tertium.*

Liber qui hic dicitur, de interpretatione Pſal-

Digitized by Google

ıorum, videtur eſſe ille, quem ſanctus Hierony-
ıus vocat de titulis Pſalmorum, in lib. de Script.
ccl. in Athanaſio: nam Caſſiodorus quoque hunc
ındem librum vocat, de titulis Pſalmorum, ideſt
: varia excellentia Pſalmorum.

Sermo de ſanctiſſima Deipara, non videtur eſſe
ıncti Athanaſii, ſed alicujus poſterioris, qui poſt
'oncilium tertium, & quartum, imo etiam ſextum
oruit: ita enim accurate diſputat de unione divi-
æ & humanæ naturæ in una hypoſtaſi: nec non
: appellatione Deiparæ, quod Virgini ea appella-
o jure conveniat, & denique de dabus volunta-
bus, & operationibus unius volentis, & operan-
s Chriſti, ut dubitari non poſſit, quin iſte auctor
derit decreta Conciliorum contra Neſtorium,
utychetem, & Monothelitas. Ac (ut recte ratio-
inatur Cardinal. Baronius tomo primo Annalium
d annum Chriſti 48.) ſi hic ſermo eſſet Athana-
i, ſine dubio citatus fuiſſet à S. Cyrillo, & à Patri-
us tertiæ, quartæ, & ſextæ Synodi ad convincen-
os hæreticos. Videmus autem non citari unquam
unc ſermonem, ſed libros de Incarnatione, ubi
ıon tam aperte Athanaſius loquitur. Adde, quod
ı hoc ſermone auctor dicit, attributa Dei non
ſſe ipſam ſubſtantiam Dei, ſed circa ſubſtantiam
erſari: quod valdè impropriè dictum eſt, & alie-
um à conſuetudine S. Athanaſii, qui valdè con-
deratè loqui ſolet. Adde ultimò, quod in expli-
atione vocabuli οὐσία dicit vocem ἰσία ſignifi-
are æqualitatem: at græcis ἰσότης eſt æqualitas non
σία & tota illa deductio vocis οὐσία à voce ἰσ-
ſt levior, quàm ut Athanaſium decere videatur.

Diſputatio Athanaſii cum Ario, quæ in hoc to-
no habetur, non eſt habita in Concilio Nicæno,
ıt inſcriptio judicare videtur; ſed eſt habita in Mo-

Digitized by Google

naſterio aliquo, ut ex initio diſputationis intelli poteſt: neque eſt habita propriè cum ipſo Ario, ſe cum aliquo ejus diſcipulo, ut perſpicuum eſt illis verbis, *De repentè ex radice Chriſto inimi Arii bellua ſub humana ſpecie ad nos inſiluit.* Ne que obſtat, quod poſtea, qui diſputat, dicatur Ari ponitur enim Arius, pro Arianus: quo modo i eadem diſputatione, non ſemel ponitur nomen Sa bellii pro nomine Sabelliani. Utrum hæc fu vera diſputatio, an dialogus conſcriptus in perſon Athanaſii, & alicujus Ariani; & utrum ſit ab Atha ſio, an ab alio ſcriptus, non facilè judicari poteſt.

Tomi Quarti.

*Quæſtiones ad Antiochum Principem.*
*De definitionibus theolog.*
*Diſputatio cum Ario Laodicæ habita.*
*Exhortatio ad Monachos*
*De paſſione imaginis Dom.*
*Ad Marcum Papam ep*
*Marci Papæ Reſponſio*
*Ad Serapionem de ſa Spiritu epiſtola.*
*De unita Deitate Tri tatis libri. 7.*
*Synopſis totius Scriptu*

*Obſervatio in Tomum Quartum.*

In hoc tomo nihil fere eſt quod verè ſit Athana Quæſtiones ad Antiochum, Athanaſii eſſe no poſſunt, nam quæſt. 23. citat auctor magnum Ath naſium, & ab eo diſſentit. Quæſt. 108. dicit, Rom nos eſſe Francorum genus: ex quo apparet, auct rem eſſe recentem: Franci enim dicuntur omne occidentales in Regnis Turcarum. Quæſt. 129. ci tatur S. Gregorius Theologus, qui tamen poſte rior eſt Athanaſio. Multo minus Athanaſii ſu quæſtiones quadraginta ſex, quæ in aliis codicib inveniuntur: nam in iis citantur ut antiqui Patres Epiphanius, Gregorius Nyſſenus, & alii.

Liber de definitionibus Theologicis non videt eſſe S. Athanaſii, quia in cap. de Actu, citat a confirmandam ſuam ſententiam ſanctum Grego-

rium

Digitized by Google

um Nyſſenum, his verbis, *Actus, quemadmodum ſanctus Gregorius Nyſſenus inquit, eſt naturalis cujusque rei*. &c. At credibile eſt Gregorium Nyſſenum nondum ſcribere cœpiſſe, quando Athanaſius obiit: obiit enim Athanaſius ſub Valente: Gregorius autem ſub Theodoſio ſcribere cœpit, ut probabiliter colligitur ex lib. ſancti Hieronymi de ſcript. Eccl. Scripſit enim eum librum ſanctus Hieronymus anno 15. Theodoſii, ut ipſemet teſtatur extremo libro: & in eodem libro dicit, à Gregorio Nyſſeno lectum ſibi fuiſſe librum quendam ſe compoſitum, ante paucos annos. Adde, quod hoc libro de definitionibus, tam diſtincte loquatur auctor de duabus naturis Chriſti in una hypoſtaſi, ut omnino ſcripſiſſe videatur poſt Concilium Chalcedonenſe.

Diſputatio cum Ario Laodicææ habita, non poteſt eſſe Athanaſii vera diſputatio: dicitur enim habita anno ſecundo Conſtantii, & tamen introducitur Athanaſius diaconus diſputans cum Ario presbytero: at ex hiſtoricis conſtat, Athanaſium factum eſſe Epiſcopum Alexandrinum anno 21. Conſtantini Magni. Præterea Arius obiit morte turpiſſima anno 31. Conſtantini, omnium conſenſu: quomodo ergo diſputaturus adducitur anno ſecundo Conſtantii? Denique in hac diſputatione mentio fit Photini hæretici, quaſi ab ipſo Arius hæreſes didiciſſet; Photinus poſterior Ario fuit, ut ex ſancto Hieronymo colligitur lib. de ſcript. Eccl. Denique videtur omninò hæc diſputatio, dialogus ille eſſe, quem à ſe ſcriptum fuiſſe Vigilius Epiſcopus Tridentinus teſtatur lib. 5. contra Eutychem.

Liber de paſſione imaginis Domini, citatur in ſecunda Nicæna Synodo, act. 4. ubi totus hic liber legitur & recipitur ſub nomine ſancti Athanaſii, ſed non videtur eſſe ſancti Athanaſii hujus, de quo

H

Digitized by Google

nunc agimus, ſed alterius multo recentioris. S
bit enim Sigebertus in Chronico, accidiſſe hoc
raculum anno Domini 766. eo tempore vide
quo quæſtio agitabatur de cultu ſacrarum im
num: voluit enim hoc tam inſigni miraculo D
confundere hæreticos Iconoclaſtas, illud au
obſervandum eſt, illa ultima verba, cap. 7. *Ha*
*verà, & vehementer credula ratio de cruore la*
*Domini noſtri Salvatoris, qui profluxit de ſancta*
*gine ejus, quæ crucifixa eſt in Syria in Beryto*
*tate: hic eſt ſanguis ille Dominicus, qui apud*
*que repertus eſſe dicitur, nec aliter æſtimandum*
*verè Catholicis, præter id quod ſcribitur à nobis,*
*ex carne, & ſanguine Chriſti aliquid poſſit in*
*inveniri, niſi illud, quod in ara altaris per m*
*Sacerdotum quotidie ſpiritualiter efficitur, &c.*
inquam, ultima verba non haberi in codice g
Concilii Nicæni ſecundi, neque in verſione An
Bibliothecarii; ſed eſſe addita ab aliquo, poſt
putationem habitam de ſanguine Chriſti coram
II. Pontifice maximo: quod etiam apparet ex v
tare ſtyli iſtius concluſionis à reliqua narrat
Quod autem auctor hujus additionis dicit, *à*
*Catholicis non debere credi eſſe alium ſanguinem*
*mini ſuper terram, niſi illum, qui Conſecratur*
*tari*; repugnat traditioni Eccleſiæ Mantuanæ,
gloriatur habere ſe, de ſanguine illo, qui de l
Domini fluxit; eumque verum eſſe Domini
guinem, declaratum fuiſſe à Leone Tertio P
tifice ante annos octingentos. Scribunt enim hi
rici plurimi, ut annales antiqui Francorum, A
Viennenſis, Aimoinus, Regino, Abbas Urſ
genſis, & alii, Leonem Pontificem, Carolo M
no id petente, contuliſſe ſe Mantuam, ut de
ritate ſanguinis Domini miraculis multis ibi co
cantis, judicaret: atque inde in Franciam ad C
rolum perrexiſſe. Et quamvis hiſtorici non exp

Digitized by Google

it, qualis fuerit ſententia Pontificis: tamen Card. ·onius, tomo 9. Annalium, ad annum Domini ł. ſcribit Romæ extare diplomata Pontificia, in bus veritas illius ſanguinis declaratur. Et certe 'ontifex illo tempore ſecùs cenſuiſſet, tamdiu guis ille conſervatus non fuiſſet. Scribit etiam atthæus Pariſienſis in Henrico III. Angliæ Rege, ;. 713. in meo codice, miſſum fuiſſe à Patriar-ı Hieroſolymitano vaſculum cum vero ſanguine *riſti* ad eundum Regem, & ſuſceptum cum incre-ili celebritate, Epiſcopis prædicantibus, & ra-nem reddentibus de veritate illius ſanguinis.

)e epiſtolis Athanaſii ad Marcum Papam, & Mar- Papæ ad Athanaſium, conſtat ex ratione tem-:is, eas epiſtolas eſſe ſuppoſititias, ut dicemus rà, in obſervatione ad Gratianum.

Libri ſeptem de unita Deitate Trinitatis, non hi videntur Athanaſii, quia Latinè ſcripti viden-:, non ex Græco verſi, ut patet, tum ex ſtylo, n quia aliquoties auctor ſignificat, quo modo di-ıtur apud Græcos quæ ipſe Latine ſcripſit, ut lib. *Maledictus*, inquit, *qui hanc Dei nativitatem ex llis extantibus phantaſma eſſe confitetur*, quod ræci ἐξ οὐκ ὄντων appellant, & lib. 7. in ultimis rbis. Ac *per hoc*, inquit, *unita eſt Patris & Filii, Spiritus ſancti ſubſtantia*, quam Græci dicunt ὁμοούσιον. Deinde refellit hic auctor nominatim rbicum Potentinum, qui Eunomii diſcipulus fuit. on videtur autem credibile, Athanaſium potuiſſe ·nfutare diſcipulum Eunomii, cum ipſum Euno-ium, non Athanaſius, ſed Baſilius, qui Athana-ı iunior erat, primus confutaverit.

'ræter libros, qui in his quatuor tomis continentur, tat ſeorſim vita ſancti Antonii, & Symbolum, quod cipit, *Quicumque vult ſalvus eſſe*, quæ ſancti At-ınaſii opera eſſe vera & germana non dubitamus,

Digitized by Google

Quod enim S. Athanaſius ſcripſerit vitam S. An-
tonii teſtatur S.Hieronymus in lib. de ſcript. Eccl
Antonio, in Euagrio, & in Athanaſio: teſtatur eti
S. Gregorius Nazianzenus oratione in Athanaſiu
& ſanctus Auguſtinus, lib. 8. confeſſ. cap. 6. Qu
autem ea, quæ nunc extat, ſit illa ipſa, cujus m
minit S. Hieronymus, & S. Auguſtinus, perſpicu
eſt ex eo, quod eſt revera inſigne volumen, ut e
vocat S. Hieronymus, & continet magna illa
racula, quorum meminit S. Auguſtinus, & h
revelationem illam de anima Ammonis, quan
vita à S. Athanaſio ſcripta referunt Palladius in
ſtoria Lauſiaca cap. 8. & Socrates in hiſt. lib. 4. c
18. Neque poteſt contra obiici, niſi quod in hac v
non fiat mentio Pauli 1. Eremitæ, & aliarum re
quæ narrantur à S. Hieronymo in vita S. Pauli
Eremitæ. Sed reſponderi poteſt, Athanaſium n
omnia, quæ ad vitam S. Antonii pertinebant, a
cutum fuiſſe, vel non omnia, quæ acceperat in m
tem veniſſe illi cùm ſcriberet; vel etiam nolu
omnia ſcribendo nimis longam orationem ſuam
cere: alioqui ſi objectio illa vim ullam haberet, po
mus de ſcriptoribus Evangeliorum etiam dubita
multa enim Matthæus & Marcus omiſerunt in v
& rebus geſtis Chriſti referendis, quæ Lucas non
miſit: multa quoque omiſit Lucas, quæ Matthæus
Marcus non omiſerunt: multa denique & graviſſi
Joannes ſcripſit, quę tres Evangeliſtę prętermiſerun

De ſymbolo Athanaſii Eccleſia ipſa Catholica te
ſtimonium perhibet, dum illud ſub nomine S. Ath
naſii in divinis officiis recitandum proponit: neq
id facit ſine veterum Patrum teſtimonio. Sanctus
enim Auguſtinus tract. in Pſalm. 120. ſic loquitu
explicans illud, *Per diem ſol non uret te*, De hoc ſ
le Pater Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus ita pul
chrè locutus eſt, *Filius*, inquit, *Dei à Patre ſolo eſt,
non factus, nec creatus, ſed genitus.*

Digitized by Google

Tribuuntur ſancto Athanaſio à nonnullis commentaria in omnes epiſtolas ſancti Pauli : ſed ea Theophylacti ſunt, non Athanaſii.

### De Seraphione.

Seraphion Epiſcopus Thmueos à S. Athanaſio ordinatus: Vir fuit S. Antonio Charus, ut ſcribit S. Hieronymus in lib. de ſcript. Eccl. ſcripſit *lib. contra Manichæos*, qui extat apud Henricum Caniſium tomo quinto antiquæ lectionis: ſcripſit *de Pſalmorum titulis*, & *epiſtolas ad diverſos*: teſte S. Hieronymo in lib. de ſcript. Eccl. Sed non videntur extare.

### De Julio Materno Firmico. 340.

Julius Maternus Firmicus floruit tempore filiorum Conſtantini Magni, ad quos ſcripſit *egregium librum de myſteriis, & erroribus profanarum religionum*. Extat hic liber in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo 4.

### De Lucifero Calaritano. 350.

Lucifer Epiſcopus Calaritanus Athanaſii æqualis, ita zelo fidei Catholicæ ardens fuit, ut à ſanctis Patribus, etiam poſt ſchiſma factum & ſectam Luciferarianam poſt ſe relictam, non niſi timidè, & dubitanter arguatur. S. Ambroſius in Oratione de obitu Satyri, *Lucifer*, inquit, *ſe à noſtra tunc temporis communione ſejunxerat, quamquam pro fide exulavit, & fidei ſuæ reliquit hæredes*. S. Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos propè finem, *Ventum eſt*, inquit, *ad aſperrimum locum, in quo adverſum voluntatem, & propoſitum meum cogor de beato Lucifero ſecus quicquam, quam & illius meritum & mea humanitas poſſit æſtimare, &c.*

Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, Cæterum, inquit Luciferi tum Antiochiæ longè diverſa ſententia fuit: nam in tantum eos, qui Arimini fuerant, condemnavit, ut ſe etiam ab eorum communione ſecreverit, qui eos ſub ſatisfactione, vel pœnitentia re-



Digitized by Google

cepiſſent. Id rectè an perperam conſtituerit, dic
non auſim. Sanctus tamen Auguſtinus liberius ſc
ma Luciferi condemnat, tum in libro de hær
bus, tum in libro de agone Chriſti cap. 3c.

Vide de Luciferi rebus geſtis hiſtoricos, Ru
num lib. 1. cap. 30. Sulpitium lib. 2. ſacræ hiſt. S
cratem lib. 3. cap. 7. Theodoretum lib. 3. cap
Sozomenum lib. 3. cap. 14. Nycephorum lib.
cap. 17. Hiſtoria trip. lib. 6. cap. 23. Libri Lu
feri qui extant hi ſunt:

*Ad Conſtantium Imperatorem lib.* 2
*De Regibus Apoſtaticis.* 1
*De non conveniendo cum hæreticis.* 1
*De non parcendo de quentibus in Deum.*
*Quod moriendum ſit filio Dei.*
*Epiſtola ad Florentium*

His additæ ſunt *Epiſtola Florentii ad Lucifer*
Item *epiſtolæ duæ S. Athanaſii ad eundem Luci*
Item *epiſtola Liberii Papæ ad Conſtantium I*
Item *epiſtola Athanaſii ad ſervos Dei.*

De quibus libris, vel epiſtolis nulla dubita
mihi eſſe videtur, quin ſint eorum auctorum, qu
rum nomina præferunt.

Impreſſi ſunt hi libri Pariſiis anno 1568. op
Jo. Tilii Epiſcopi Meldenſis.

*De Victorino Afro.* 350.

C. Marius Victorinus Afer floruit tempore Co
ſtantii Imperatoris, anno quadrageſimo,
ipſe teſtatur, poſt Concilium Nicænum. In ſenect
converſus ad fidem eſt, teſte S. Auguſtino *lib.*
confeſſ. cap. 2. & poſt converſionem relictis lib
gentilium, ſcripſit, teſte S. Hieronymo in lib.
ſcript. Eccl. *contra Arianos, & in epiſtolas B. Pa*
de quo commentario in epiſtolas, idem Hieronym
ſcribit in proœmio epiſtolæ ad Galatas, non eſſe
modum probandum. Extant nunc in tomo 4. vel
Bibliothecæ ſanctorum Patrum *lib. 4. de Trinita*

*Hymni tres, & Carmen Heroicum de Machabæis*, quæ omnia cautè legenda ſunt, cùm auctor magis arti Rhetoricæ, quam Theologiæ, & ſacris literis operam dederit.

## *De ſancto Hilario.* 355.

SAnctus Hilarius Pictavorum Epiſcopus S. Athanaſii æqualis fuit, & quamvis jam provectæ ætatis Chriſtianus factus, tamen brevi in Eccleſiaſtica doctrina ita profecit, ut Doctor maximus, & Eccleſiæ Catholicæ columna merito habitus ſit. Ejus opera hæc extant.

| | |
|---|---|
| *De Trinitate libri.* 12 | *Ad eandem Hymnus.* |
| *Adverſus Conſtantium Auguſtum.* 1 | *In Matthæum Commentaria.* |
| *Ad eundem.* 1 | *In Pſalmos aliquot explanatio.* |
| *Ad eundem alter.* 1 | *De Patris & Filii unitate* 1 |
| *Adverſus Auxentium Arianum.* 1 | *De eſſentia Patris & Filii.* 1 |
| *De Synodis adverſus Arianos.* 1 | *Ad Auguſtinum epiſtola.* 2 |
| *Ad Apram filiam epiſtola.* | *Carmen in Geneſim.* |

Et quidem de libris de Trinitate, De duobus libris adverſus Conſtantium, De libro contra Auxentium, De libro de Synodis, De Commentariis in Matthæum, & in Pſalmos nulla dubitatio eſt: horum enim & meminit S. Hieronymus in lib. de Script. Eccl. & nemo illis contradixit unquam.

De epiſtola, & Hymno ad Apram filiam, Eraſmus non ſolum dubitavit, ſed etiam ſcripſit, nova eſſe. Cæterum Fortunatus S. Hilarii ſucceſſor in vita ipſius diſertis verbis ſcripſit, dediſſe ſanctum Hilarium epiſtolam ad Apram filiam, & totum argumentum epiſtolæ deſcripſit, ut non ſit dubium hanc ipſam, quæ extat epiſtola, verè S. Hilarii eſſe, ut etiam hymnum adjunctum.

De epiſtolis ad Auguſtinum extra controverſiam

Digitized by Google

eſt, eas non eſſe Hilarii Pictavenſis, ſed Hil
alterius multo recentioris: nam & Pelagiani,
quibus in illis epiſtolis agitur, poſt Hilarii obitu
exorti ſunt, & ipſe Auguſtinus, ad quem ſcrib
tur, poſt Hilarii exceſſum Chriſtianus factus eſt.

Pari ratione Carmen in Geneſim Hilarii eſſe no
poteſt, cum ad Leonem Papam ſcriptum ſit, ſe
etſi hoc carmen non ſit Hilarii: tamen conſtat
Concilio Toletano IV. can. 12, hymnos aliq
ſancti Hilarii cani in officio Eccleſiaſtico.

De libris duobus de Patris, & Filii unitate,
de eſſentia Patris, & Filii, non omnino certus ſ
Hilariine, an alicujus alterius ſint: nam S. Hie
nymus horum librorum non meminit; & in po
riore invenitur fragmentum valdè magnum ex
8. de Trinitate: quæ ſunt argumenta, quod li
iſti non ſint Hilarii, ſed alterius, qui Hilarium i
tari voluerit. Libri certè graves ſunt, & docti,
Hilarii ſpiritu, & eloquentia non indigni.

Una ſupereſt quæſtio, An liber primus adver
Conſtantium Imp. ſit ſcriptus ipſo Conſtantio
vente, an poſt ejus mortem. S. Hieronymus in
de ſcript. Eccl. dicit, unum librum ſcriptum
Conſtantio vivente, alterum poſt ejus obitum
niſi is, qui primus nunc extat ſit ſcriptus Co
ſtantio mortuo, nullus erit illo mortuo ſcript
nam alii duo citra controverſiam ſcripti ſunt
vente Conſtantio. Eraſmus hoc argumento duct
primum librum exiſtimat ſcriptum eſſe poſt obitu
Conſtantii. Cardinalis Baronius tomo tertio An
lium pag. 714. & 715. contendit omnes tres libr
ſcriptos eſſe vivo adhuc Imperatore Conſtantio,
librum, quem S. Hieronymus teſtatur poſt obitu
Conſtantii ſcriptum, non extare, & rationem a
ducit, quia S. Hilarius in hoc libro ſcribit, ſe p
hanc liberrimam confeſſionem tendere ad mart

Digitized by Google

ım, & animat alios ad Martyrium per eandem ›ertatem loquendi. *Ponamus*, inquit, *animas pro ibus, quia fures introierunt, & Leo ſæviens cir-nit. Ad martyrium per has voces exeamus, quia ıgelus Satanæ transfiguravit ſe in Angelum lucis. 'ament paſtores, quia mercenarii fugerunt.* At ſi m perſecutor erat mortuus ridicula videtur Hila-i jactantia. Deinde ſcribit, ſe ita loqui cum Con-ıntio, ut Joan. Baptiſta loquebatur cum Herode; Joannes Baptiſta Herodi viventi, non mortuo cebat, *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* ræterea ipſe Hilarius deſcribit tempus, quo hunc ›rum ſcripſit, & dicit, ante annos quinque miſſos iſſe in exilium Paulinum, Euſebium, Luciferum ionyſium: at illi in exilium pulſi ſunt anno 19. onſtantii, tempore Concilii Mediolanenſis: er-› ſcripſit Hilarius librum illum anno Conſtantii ↄ. quo anno Conſtantius vivebat. Obiit enim ad itium anni 25. Sed fortaſſe poſſunt hæ ſententiæ ›nciliari, ſi dicamus, Hilarium ſcripſiſſe librum ıum ex Gallia, cum putaret, Conſtantium adhuc ivere, ſed verè mortuus eſſet; conſtat enim ex ılpitio, in lib. 2. de Sacra hiſtoria, & ex S. Hie-›nymo in Chronico, & ex ipſo Cardinale Baro-o, ſanctum Hilarium rediiſſe in Galliam, paulo ıtequam Conſtantius moreretur: & quia res in tam mota regione geſtæ continuo reſciri non poſſunt, cilè concurrere potuit finis ſcriptionis Hilarii ım fine vitæ Conſtantii. Itaque immerito Eraſ-ıus in annotationibus marginalibus irridet Hila-ıum, quaſi Conſtantio minetur audacter, ſed poſt ıortem ejus.

*De Gregorio Bætico, & Sebadio Agennenſi.*

GRegorius Bæticus in Hiſpania, & Sebadius, ſi-ve Phegadius, ſive Phebadius Agennenſis in ıallia, eodem tempore quo S. Athanaſius, & S. Hilarius *adverſus Arianos librum quiſque ſuum edi-*

Digitized by Google

*dit*. Meminit horum auctorum & librorum S. Hie-ronymus in lib. de ſcript. Eccl. & libri ipſi nun extant in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo Phegadii vero miræ laudes extant apud Sulpiti lib. 2. hiſt.

*De Paciano Epiſcopo Barcinonenſi.* 360.

PAcianus Epiſcopus Barcinonenſis obiit The-dosio imperante: & ſcripſit *epiſtolas tres con Novatianos*, quarum meminit S. Hieronymus in de ſcript. Eccl. Nunc vero in Bibliotheca ſanct-rum Patrum, & ſeorſim in editione Romana Domini 1564. non ſolum extant tres illæ epiſto ſed etiam Parænefis ejuſdem Paciani ad pœni-tiam, & libellus de baptiſmo. Neque aliquid occ unde de eorum librorum auctoritate dubitari po

*De Dydimo Alexandrino.* 361.

DYdimus Alexandrinus cœcus à prima æta dictavit opera plurima, & nobiliſſima, teſte Hieronymo in lib. de Script. Eccl. Nunc ſolum tat *liber de Spiritu ſancto* inter opera S. Hierony quoniam eum librum idem S. Hieronymus lati tate donavit: & expoſitio in epiſtolas canonicas Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo 9. Extat eti liber contra Manichæos apud Henricum Caniſi tomo quinto antiquæ lectionis. Claruit ſub Valen-tiniano, & Valente Principibus. In eo reprehendi-tur ab ipſo etiam S. Hieronymo, ejus alioqui ad-miratore, quod Origenis errores ſecutus ſit. Vi Apologiam adverſus Ruffinum.

*De S. Optato Milevitano.* 365.

SAnctus Optatus Milevitanus Epiſcopus eodem tempore floruit: & *egregios ſeptem libros adver-ſus Donatiſtas*, eddidit. S. Hieronymus in lib. de Script. Eccl. ſex libros ab Optato ſcriptos fuiſſe di-cit: ſed nunc ſeptem numerantur, neque ſeptimus diſſentit à cæteris. Facilè fuit in librum ſancti Hie-

Digitized by Google

nymi irrepſiſſe errorem in numeris.

*De Tyto Boſtreno.* 365.

Titus Boſtrorum Epiſcopus vixit ſub Imperat. Juliano, ſed obiit ſub Valente, ut S. Hieronymus teſtatur in libro de Script. Eccl. Scripſit *tres regios libros contra Manichæos*, è quibus tres cum argumento quarti, editi ſunt Ingolſtadii anno 1604. à Henrico Caniſio tomo quinto antiquæ lectionis. Extant etiam ejuſdem Titi *commentaria in Matthæum, & Lucam* impreſſa cum aliis quibuſdam Ingolſtadii apud Sartorium. obſervandum eſt autem commentaria in Matthæum & Lucam non poſſe eſſe hujus Titi; quoniam auctor horum commentariorum paſſim citat Chryſoſtomum, Cyrillum Alexandrinum, & Peleuſiotam, qui pueri erant, cùm Titus moreretur.

*De S. Cyrillo Hieroſolymitano.* 365.

Sanctus Cyrillus Hieroſolymæ Epiſcopus, ſub Conſtantio Epiſcopus factus, ac ſæpè de ſede ejectus, & ſedi reſtitutus, tandem Theodoſio Imperante obiit, ſcripſit in adoleſcentia *Catecheſes, quæ nunc Latinè, & Græce exſtant.* Fertur etiam ejus epiſtola ad Conſtantium de apparitione Crucis, cujus epiſtolæ S. Hierom. in libro de Script. Eccl. non meminit; ſed nihil eſt cur improbetur.

*De Appollinario.* 365.

Apollinarius Laodicenus Epiſcopus vixit à tempore Conſtantii Imp. uſque ad Theodoſium ſeniorem, vir fuit magis peritus poëticæ, & Rhetoricæ, quam Theologiæ, ideo in errores graviſſimos incidit, atque in eum potiſſimum, quod in Chriſto non eſſet anima rationalis. Scripſit *innumerabilia*, teſte S. Hieronymo in libro de Script. Eccl. & S. Baſilio epiſt. 72. ubi dicit, Appollinarem fuiſſe nimis promptum ad ſcribendum; & mundum totum libris ſuis repleviſſe, ſed libris parum conſideratè

ſcriptis. Nunc ſolum extant *Pſalmi Davidis ab ipſ* *carmine heroico deſcripti*, & Pariſiis impreſſi ann 1580.

### *De ſancto Ephrem Syro.* 365.

SAnctus Ephrem Diaconus Edeſſenus obiit ſu Valente Principe, ſcripſitque *plurima opera*, qu teſte ſancto Hieronymo in libro de Script. Eccl. i Eccleſiis poſt lectionem ſcripturarum publicè le ſolebant. Edita ſunt Coloniæ anno 1547 *multa op ra S. Ephrem magis pia, quàm docta.* Sed multo pl Romæ à Gerardo Voſſio, partim anno 1589. parti anno 1593. Sed non vacavit mihi legere, niſi ſerm nes aliquos de compunctione, & pœnitentia, & de Cruce, & paſſione Domini, & de S. Deipara, & al quædam; ideo judicare nequeo, an ſint omnia verè Ephrem opera, an ſuppoſititia aliqua ſint admixt

### *De ſancto Baſilio.* 370.

SAnctus Baſilius Magnus Archiepiſcopus Cæſa rienſis in Capadocia, Valente imperante floruit & ſub Gratiano obiit, ut ſanctus Hieronymus teſta tur in lib. de Script. Eccl. Opera ejus præclariſſim ſunt, & quatuor tomis continentur in edition Baſileenſi anni 1540.

Tomi Primi hæc ſunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *In opificium ſex dierum homeliæ.* | 11 | *Variorum argumentatorum homiliæ.* | 28 |
| *In Pſalmos homiliæ.* | 17 | | |

Tomi Secundi.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *De Virginitate lib.* | 2 | *Arianos lib.* | 1 |
| *De Paradiſo.* | 1 | *De Spiritu ſancto.* | 1 |
| *Contra Eunomium libri* | 3 | *De libero arbitrio.* | 1 |
| *Contra Sabellianos, &* | | *De Baptiſmate.* | 1 |

Tomi Tertii.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sermones aſcetici.* | 7 | | 55 |
| *De Judicio Dei.* | 1 | *Quæſtiones compendio explicatæ.* | 313 |
| *De Confeſſione Fidei.* | 1 | | |
| *Moralium Summæ.* | 80 | *Conſtitutiones Monaſtica* | |
| *Quæſtiones fusè explicatæ* | | | |

Quart

Quarti Tomi.

| | |
|---|---|
| *ſpiſtolæ Baſilii, & Gregorii Theologi* 180 | *Aliæ ejuſdem Epiſtolæ.* |
| *ſpiſtola ad Chilonem de vita ſolitaria.* | *Oratio adverſus eos, qui calumniantur, quod tres Deos dicimus.* |

## Obſervatio in Opera ſancti Baſilii.

N primo tomo ponuntur homiliæ undecim de opificio ſex dierum: ſed novem tantum cenſenır à nonnullis eſſe Baſilii, quia ſanctus Hieronyıus novem tantum meminit. Duæ poſtremæ triuuntur Gregorio Nyſſeno, qui opus Baſilii imperctum perficere ſtuduit. Sed falli videntur, qui deimam, & undeciman homiliam Gregorio tribuunt : Baſilii eſſe negant: nam ipſe Gregorius in libro o de opere 6. dierum extremo, dicit quidem in ıpplementum operis Baſilii compoſuiſſe ſe librum .e opificio hominis, ſed non duas homilias; & liıer ille extat inter opera Gregorii Nyſſeni, ſed dierſus omnino ab illis duabus homiliis Baſilii. Scriit ſanctus Hieronymus in lib. de Script. Eccl. homilias Baſilii de opere ſex dierum eſſe novem: ſed ıoc dicit, quia Baſilius novem tantum initio ſcripſit; ſed poſtea addidit alias duas, quarum initium eſt, *Veteris debiti ſolutionem*, &c. Vide infrà in obſervatione in opera Gregorii Nyſſeni.

In ſecundo tomo ponitur liber unus de Paradiſo: ſed in editione Antverpienſi anni 1568. ponuntur ıomiliæ quatuor.

Item in ſecundo tomo ponuntur libri tres contra Eunomium: ſed in editione Antverpienſi, libri quinque: & quamvis duos ultimos libros Eraſmus ſuſtulerit, ut indignos Baſilio: alii tamen Baſilio non indignos cenſent.

In tertio tomo ſunt quæſtiones compendio explicatæ, quæ non ſunt indubitatæ. Nicephorus enim lib. 9. cap. 16. & lib. 13. cap. 29. & Sozomenus



Digitized by Google

lib. 3. cap. 13. dicunt, à multis tribui Euſtathi Sebaſteno Aſcetica Baſilii: id quod de quæſtio bus compendio explicatis intelligendum videtu nam qu. 1. & 95. videtur damnare traditiones, q Baſilius acriter defendit in libro de Spiritu ſanƈ cap. 27. item qu. 4. & 293. videtur tollere de m dio diſcrimen peccati mortalis, & venialis: qu certe S. Baſilio tribui non poteſt. Additur eti in editione Antverpienſi Commentarius S. Baſi in 16. capita Iſaiæ Prophetæ: & alia quædam mi tiora, tum in ea editione, tum in aliis addunt

*De Andrea Epiſcopo Cæſareæ.*

Andreas Epiſcopus Cæſareæ, Cappadociæ doƈtus, ſcripſit *Commentaria in Apocalypſim*, q extant in Bibliotheca ſanƈtorum Patrum, tomo p mo editionis ſecundæ. Quando vixerit non eſt o ninò certum, ſed hoc loco eum poſuimus, q poſt S. Baſilium, Epiſcopus Cæſarienſis fuit, eun que ſæpè citat, & omnium conſenſu antiquus ſcri tor habetur, ex quo Arethas Cæſarienſis compe dium ſuum decerpſit in Apocalypſim.

*De ſanƈto Gregorio Nazianzeno.* 370.

Sanƈtus Gregorius Epiſcopus Nazianzenus, co nomento Theologus, ſanƈti Baſilii æqualis ſtudiorum comes, floruit ſub Valente; & anno Theodoſii obiit, teſte ſanƈto Hieronymo de Scrip Eccl. Multa ſcripſit, in quibus ſapientiam cu eloquentia mirificè copulavit. Quæ extant Colo edita, anno Domini 1570. hæc ſunt.

Libri ſcripti ſoluta Oratione.

| | | |
|---|---|---|
| *Apologetici lib.* | 4 | *Orationes ſive libri* |
| *Orationes ad diverſos.* | 3 | *Theologia.* |
| *Orationes funebres.* | 7 | *Orationes in Julian* |
| *Oratio in laudem Herois Philoſophi* | 1 | *Imperatorem.* |
| | | *Ad Clidonium epiſtolæ.* |
| *Orationes de Pace.* | 3 | *Orationes in dies feſtos.* |

·actatus de Fide. 1
·actatus de Fide Nycænæ Synodi. 1
·ationes variorum argumentorum. 17
l Virginem exhortatio. 1
letaphraſis in Eccl. 1
piſtolæ. 80
CARMINA.
·agedia, Chriſtus patiens. 1
e rebus ſuis. 2
De variis argumentis veteris, & novi teſtamenti. 9
De Virginitate inſigne carmen. 1
De præceptis à Virgine ſervandis. 1
Spiritualia Epigrammata 13
Sententiarum ſpiritualium carmine ſcriptarum libri 3

Obſervatio in Opera ſancti Gregorii.

ORatio in laudem Heronis Philoſophi, debet inſcribi, in laudem Maximi Philoſophi, ut ſtatur ſanctus Hieronymus in lib. de Script. Eccl, ı Gregorio Nazianzeno, ubi reprehendit eos, qui ıutaverunt nomen Maximi in nomen Heronis. Metaphraſis in Eccleſiaſten non eſt Gregorii Naianzeni, ſed Gregorii Taumaturgi, ut ſupra oſtenimus. Tragedia, *Chriſtus patiens*, non videtur haere gravitatem ſolitam Nazianzeno, præſertim um deſcribitur ejulatus matris Chriſti, quæ pruentiſſima, & conſtantiſſima erat.

*De ſancto Damaſo.* 367.

SAnctus Damaſus Romanus Pontifex anno ſexto Theodoſii obiit, & ſcripſit *de Virginitate & lia*: quorum meminit ſanctus Hieronymus in lib. e Script. Eccl. Sed vera ejus ſcripta non extant, xceptis paucis epiſtolis, quarum aliquæ ſunt inter piſtolas ſancti Hieronymi, aliquæ in hiſtoria Theooreti lib. 2. cap. 22. & lib. 5. cap. 10. & 11. Triuitur ſancto Damaſo *liber de vitis Pontificum*, qui xtat in primo tomo Conciliorum: ſed liber ille eſt Anaſtaſii Bibliothecarii, non Damaſi, ut notum eſt.



Digitized by Google

*De Fauſtino Diacono.* 367.

FAuſtinus Diaconus vixit tempore Damaſi Pontificis, & bis ſchiſmaticus fuit, ſemel in ſchiſmate Urſicini contra Damaſum; & iterum in ſchiſmate Luciferianorum, ut teſtantur Gennadius de viris illuſtribus, & Card. Baronius tomo 4. Annalium, ad annum Damaſi I. & Siricii IV. placuit tamen eum in hoc Catalogo ponere, quoniam ſcripſit *Ad Flaccillam Imperatricem libros ſeptem contra Arianos ſatis eruditos*, qui exſtant in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo 4. edit. 2.

*De ſancto Ephiphanio.* 370.

SAnctus Epiphanius Salaminæ Cypri Epiſcopus floruit ſub Valente, Gratiano, & Theodoſio Auguſtis. Scribit ſanctus Hieronymus in libro de ſcript. Eccl. Epiphanium anno quartodecimo Theodoſii adhuc ſuperfuiſſe, & in extrema etiam ſenectute libros ſcripſiſſe.

Opera ejus hæc extant.

*Opus panarium contra omnes hæreſes, quæ tunc ad octoginta numerabantur.*
*Liber inſcriptus Ancoratus.*
*Anacephaleoſis, ſive ſumma panarii.*
*De menſuris, & ponderibus liber.*
*Hiſtoria brevis de Prophetarum vita.*
*Ad Joannem Epiſcopum Hieroſolymitanum epiſtola, à S. Hieronymo latinitate donata.*

De his operibus nulla dubitatio eſt. Dicitur Epiphanius ſcripſiſſe vitam S. Hilarionis: ſed ea non extat. Ad finem epiſtolæ ad Joannem Hieroſolymitanum videtur aliquid additum ab Iconoclaſtis: de qua re vide controverſias noſtras lib. 2. de ſanctis c. 9

*De Philone Carpathio.* 374.

PHilo Carpathius à ſancto Epiphanio Epiſcopus ordinatus eſt, ut in vita ſancti Epiphanii legitur. Scripſit *Commentaria in cantica Canticorum*

Digitized by Google

uæ extant in primo tomo Bibliothecæ ſanctorum atrum, ſecundę editionis. Sed videntur multa inſer- ı ex commentario S. Gregorii Papæ in cantica, quę ım reliqua explicatione non multum cohęrent.

*De ſancto Ambroſio Mediolanenſi.* 374.

SAnctus Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, vir planè ſanctiſſimus, & doctiſſimus, Gratiano : Theodoſio Imperatoribus floruit. Obiit anno ter- o poſt exceſſum Theodoſii, qui erat 397. ab ad- entu Salvatoris, ex Card. Baronio.

Opera ejus in editione Pariſienſi, anni Domini ıilleſimi quingenteſimi quadrageſimi noni, qua ego tebar cùm hæc ſcriberem, hæc ſunt.

Tomi Primi.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *De Officiis, lib.* | 3 | *De Viduis.* | 1 |
| *De Virginibus.* | 3 | *De Pœnitentia.* | 2 |
| *Ad Virgines exhortatio.* | 1 | *Exhortatio ad Pœnitentiam.* | 1 |
| *Inſtitutio Virginis.* | 1 | *De fuga ſeculi.* | 1 |
| *Ad Virginem devotam.* | 1 | *De bono mortis.* | 1 |
| *Ad Virginem lapſam.* | 1 | | |

Tomi Secundi.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *De Vocatione gentium, libri* | 2 | *De fide contra Arianos.* | 1 |
| *De fide ad Gratianum.* | 5 | *De Incarnationis Sacramento.* | 1 |
| *De Spiritu ſancto ad eundem.* | 3 | *De myſterio Paſchæ.* | 1 |

Tertii Tomi.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Oratio funebris de obitu Valentiniani* | | *Alia de obitu Theodoſii.* | |
| *De Logica lib.* | 1 |
| *De Phyſica.* | 1 |
| *De introductione dignitatum.* | 1 |
| *De duabus voluntatibus Chriſti.* | 1 |
| *De centum hæreſibus.* | 1 |
| *De triſagio.* | 1 |
| *De altercatione Chriſtiani, & Saraceni.* | 1 |
| *Hiſtoriæ Barlaam, & Jophat.* | 1 |
| *De his qui in fid[illegible] mierunt Oratio[illegible]* | |
| *Paralellorum.* | |
| *De transfiguratione C[illegible] ſti.* | |
| *De nativitate B. V[illegible] nis & de ejuſdem [illegible] mptione Oratio[illegible]* | |
| *Adverſus Manich[illegible] Dialogum.* | |
| *Vitæ ſancti Steph[illegible] nioris.* | |

Acceſſerunt nuper *liber ejuſdem Damaſceni* [illegible] *tra Acephalos ſed mutilus*: & *alius contra Neſto[illegible] nos*. apud Henricum Caniſium tomo 4. antiq[illegible] lectionis.

Obſervatio.

Ex his operibus nihil in dubium revocari po[illegible]

Digitized by Google

iſtoria Barlaam : & Oratio de his qui in fide
ierunt. Hiſtoria Barlaam, & Joſaphat inſignis
ilis eſt. Sed quia Barlaam, dum inſtruit diſci-
n ſuum Joſaphat, jubet eum credere in Spi-
ı ſanctum ex Patre, & Filio procedentem:
atio exorta eſt, an hoc opus eſſe potuerit Joan-
Damaſceni, qui libro primo de fide Orthodo-
ap. 11. docet Spiritum ſanctum non procede-
c filio, ſed per filium. Sed reſponderi poteſt,
ſtoria Barlaam particulam illam, ex filio, vi-
additam ab aliquo, nam in nova editione per
um caſtigata, non habetur ex filio. Dubitatio
que exiſtit, an hæc narratio ſit vera hiſtoria,
otius conficta ad erudiendos nobiles adoleſ-
es; qualis eſt vita Cyri apud Xenophontem.
erum veram hiſtoriam eſſe conſtat ex eo, quod
ctus Joannes Damaſcenus in fine hiſtoriæ in-
at ſanctos Barlaam, & Joſaphat, quorum res
as ſcripſerat, & Eccleſia Catholica in Marty-
gio deſcriptos veneratur, die 27. Novembris,
lem ſanctos Barlaam, & Joſaphat.
Oratio de his, qui in fide migraverunt, ſcrupu-
ı injecit, quia narrat Falconillam precibus Pri-
Martyris, & Traiani animam precibus S. Gre-
ii Papæ ab inferni ſuppliciis liberatas, quæ nar-
ones falſæ eſſe videntur, & fabulis ſimiliores,
m hiſtoriæ. Sed fieri poteſt, ut ſanctus Joan-
Damaſcenus, quamvis alioqui doctus, & pru-
ıs, iſtis narrationibus facilè fidem habuerit, ne-
e de veritate earum inveſtiganda ſollicitus fuerit.

*De ſancto Bonifacio Moguntino.* 740.

Anctus Bonifacius natione Anglus Archiepiſ-
copus Moguntinus, & Martyr, vixit tempori-
s Gregorii ſecundi, & tertii, & Zachariæ Pon-
icum Romanorum, & obiit anno 755. Scripſit

Digitized by Google

*epiſtolas multas*, quæ excuſæ extant anno 16
Mogunt. de ejus rebus geſtis, vide Card. Baroni
tomo 9. Annalium, ad annum 755.

### *De Antonio Meliſſa.*

ANtonius Meliſſa Monachus ſcripſit *libros*
*communium locorum ad virtutes ſequendas*,
*vitia fugienda*, quos ex Patribus collegit: & qu
niam ultimus, quem citat, eſt ſanctus Joan
Damaſcenus, ideo hoc loco eum poſuimus, c
veram ætatem ejus ignoraremus. Extant hi lib
Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo quinto,
tionis ſecundæ. Sed cautè legendi ſunt, quo
ab hæreticis latinitate donati, & impreſſi ſunt.
de obſervationes Jacobi Billii additas ad epi
Iſidori Peluſiotæ: & Frontonis Ducæi notas,
Indicem expurgatorium Romæ impreſſum an
1607.

### *De Hadriano Papa primo.* 772.

HAdrianus Papa primus ſedere cæpit in A
ſtolica ſede anno Domini 772. Conſtan
Copronymo hæretico imperante, & ſedit annis
minus uno menſe cum dimidio, uſque ad an
Domini 795. Vir fuit ſanctus, & eruditus, &
ter *epiſtolas multas*, quæ extant partim in ſept
Synodo Act. 2. partim inter epiſtolas Pontifici
ſcripſit *inſignem librum pro defenſione ſeptimæ Sy*
*nodi*, & *reſponſionem ad librum miſſum à Caro*
*Rege Francorum ex Conſilio Francofordienſi*, qui
ber Hadriani Papæ extat poſt ſeptimam Synod
in nova editione Romana Conciliorum Gener
lium, Græcè, & Latinè impreſſorum anno 161
Sciendum eſt autem librum, cui reſpondet Hadri
nus, non fuiſſe compoſitum à Carolo Rege [u
hæretici Iconoclaſtæ falsò affirmant] ſed eſſe li
brum

n continentem objectiones adverſus ſeptimam
odum, quam Patres Concilii Francofordien-
arbitrati ſunt celebratam fuiſſe ſine conſenſu
iani Pontificis, & erroribus multis ſcatere,
e ideo non recipiendam, ſed rejiciendam vi-

## *De Paulo Diacono.* 774.

Aulus Diaconus Aquileienſis, à ſecretis erat Deſiderii Regis Longobardorum, quando per olum Regem Francorum Deſiderius captus, Regnum ipſius everſum fuit anno Domini 774. deinde Monachus Caſſinenſis factus piè, & giosè vitam duxit, ut ſcribit Leo Hoſtienſis in onico Caſſinenſi lib. 2. c. 17. ſcripſit *libros ſex de is Longobardorum.* Scripſiſſe etiam dicitur libros oriæ Romanæ, quos videmus adjunctos hiſtoriæ tropii poſt imperium Joviani, ubi diſiit Eutro-s. Sed viri docti negant eos libros eſſe Pauli iconi. Scripſit præterea *in regulam S. Benedicti,* Leo Hoſtienſis teſtatur loco notato; & ea dici-haberi manuſcripta in monaſterio Caſſinenſi. ripſit *hymnos ſacros*, quorum unus, qui incipit, queant laxis reſonare fibris, ab Eccleſia frequen-ur in natali S. Joannis Baptiſtæ. Denique ſcrip-*homilias, & alia*, quæ non extant, niſi manu-ipta in Bibliothecis.

## *De Paulino Aquileienſi.* 780.

P Aulinus Aquilejenſis Epiſcopus vir doctus, & pius tempore Caroli Magni ſcripſit *contra Fe-em, & Elipandum librum de ſancta Trinitate*, i extat in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo edit. 2. obiit anno Domini 902. clarus miracu-is.



Digitized by Google

*De Albino Alcuino.* 780.

ALbinus Alcuinus Anglus Bedæ diſcipulus, Gallias à Carolo Rege Francorum evoca *multa* ſcripſit, è quibus extant.

*Liber de divinis officiis.*
*Epiſtola ad Carolum Regem.*
*Et altera ad Odvin presbyterum.*

Hæc, inquam, extant in codice impreſſo Col niæ anno 1568. cum aliis ſeptem auctoribus de e dem argumento.

Extant præterea in Bibliotheca ſanctorum trum tomo 3. edit. 2.

*Quæſtionum in Geneſim liber.* 1
*In Eccleſiaſten.* 1
*De virtutibus, & vitiis.* 2
*Quæſtionum de Trinitate.*
*De Trinitate, libri.*
*De ratione animæ Epiſtola ad Eulalium.*
*De divinis officiis.*

Extant etiam *epiſtolæ ejuſdem Albini* num. apud Henricum Caniſium tomo 1. antiquæ lecti nis. Edita ſunt denique *opera omnia Alcuini Pa ſiis, in quibus ſunt* etiam libri ſeptem, contra licem, lib. 4 contra Elipantem, Poëmata varia, vita ipſius Alcuini à contemporaneo ſcripta. O autem anno 804.

# SECULUM NONUM

## Ab Anno 800. ad 900.

*De ſancto Nicephoro.* 811.

SAnctus Nicephorus Epiſcopus Conſtanti nopolitanus vixit tempore Leonis tertii Pon tificis, ad quem anno Domini 811. mi *epiſtolam valde prolixam*, quæ extat tomo 9. A

Digitized by Google

ım Card. Baronii. Scripſit etiam *chronicon*, l extat in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo dit. 2. Scripſit *quoque quotuor opuſcula contra omachos*, quæ extant apud Henricum Caniſium o 4. antiquæ lectionis. Tandem vir ſanctiſſimus ıter fidei confeſſionem in exilio obiit anno nini 828.

### *De Uſuardo.* 812.

USuardus Monachus natione Gallus, Alcuini diſcipulus, juſſu Caroli Magni *Martyroum* ſcripſit *ſatis accuratum*, & *celebre*, quo mul- Eccleſiæ uſæ ſunt.

### *De ſancto Ludgero.* 812.

Anctus Ludgerus primus Epiſcopus Monaſterienſis, vixit tempore Caroli Magni Imp. de ɔ illud inſigne narratur, quod cum ab Imperae vocatus ſemel, atque iterum ire recuſaſſet, òd in Dei laudibus recitandis occupatus eſſet: ipſe apud Imperatorem ſe purgavit, quod ma- :i Domino obſequium tunc præſtaret, & à pio, religioſo Imperatore mirificè inde laudatus fuit. ripſit *poſt S. Marcellinum Epiſtolam egregiam vita*, & *miraculis ſancti Suiberti*, quæ extat apud ırium die primo Martii. Dicitur etiam ſcripſiſſe r *geſtas ſancti Bonifacii Epiſcopi*, & *Martyris*, *at- e Apoſtoli Germaniæ*.

### *De Aponio.* 812.

APonius vir doctus ſcripſit *in Cantica Canticorum Salomonis*: quod opus extat in Bibliotheı ſanctorum Patrum tomo 1. edit. 2. & floruiſſe icitur anno Domini 812.

S 2

Digitized by Google

## *De Eginarto.* 814.

EGinartus Cancellarius Caroli Magni ſcr *ejus vitam ſatis diligenter*. Scripſit etiam *hi riam Francorum*. Scripſit quoque *de tranſlat ſanctorum Petri, & Marcellini proſa, & ver* quæ extant apud Surium tomo 7. die 2. Junii. T dem Monachus, & Abbas relicto ſeculo factus

## *De Smaragdo.* 820.

SMaragdus Abbas Monaſterii ſancti Mich ad Moſam, compoſuit librum *de vitandis vi & tenendis virtutibus*, quem inſcripſit *Diadem nachorum*. Scripſit etiam in Regulam ſancti Be dicti & in Evangelia & Epiſtolas totius anni Com mentarium ex Patribus collectum. Et alia no nulla quæ à Trithemio enumerantur. Floruit tem ſub Ludovico Pio Imperatore.

## *De Claudio Scoto.* 820.

CLaudius Scotus vixit tempore Ludovici Imperatoris, cujus expeditionis in Nor nos meminit præfatione Commentarii in thæum: Contigit autem ea expeditio anno ſec Ludovici, qui fuit annus Domini 815. Fert auctor ſcripſiſſe *non ſolum in Matthæum, ſed in Geneſim, Exodum, Leviticum, Numeros, D terenomium, Joſue, Judicum, & Ruth*. an hæc extent ignorare me fateor.

## *De Jona Aurelianenſi.* 820.

JOnas Epiſcopus Aurelianenſis eodem imper te Ludovico ſcripſit *libros tres*, qui extant, *verſus Claudium Epiſcopum Taurinenſem pro fenſione ſacrarum Imaginum, & ſigni ſanctæ Cru & peregrinationum ad loca ſancta*. Sed hic tamen

.ctor cautè legendus eſt, quoniam laborat eodem
rore, quo Agogardus, & reliqui ejus ætatis Galli,
ui negabant ſacris Imaginibus ullum deberi cul-
m religioſum, de qua re, vide Anaſtaſium Biblio-
ecarium præfatione in ſeptimam Synodum.

### *De Dungalo.* 820.

DUngalus Diaconus, eodem Ludovico Impe-
rante, librum ſcripſit de Cultu Imaginum ad-
erſus eundem Claudium Taurinenſem. Qui liber
orſim primum editus, cum aliis poſtea relatus eſt
auctarium tertiæ editionis Bibliothecæ ſanctorum
atrum, oſtendit autem Dungalus ſe ſcripſiſſe cir-
a annum Domini 820.

### *De ſancto Theodoro Studite.* 820.

SAnctus Theodorus Studites, vir admirandus, &
potens opere, & ſermone, dimicavit pro cultu
crarum Imaginum, & contra hæreſim defenden-
m adulterium poſſe fieri licitum ex diſpenſatio-
e, uſque ad exilia, carceres, & ſupplicia varia.
andem miraculis clarus migravit in cælum anno
omini 826. vide Card. Baronium tomo 9. An-
alium, ubi fuſiſſimè de hoc ſancto viro agit, &
æpè fragmenta epiſtolarum ejus adducit. Scripſit
*piſtolas plurimas, ſupra 200. utiliſſimas, & docti-
imas*, quarum duæ extant in Bibliotheca ſancto-
um Patrum tomo 3. edit. 2. Extat etiam apud
urium die 16. Decembris *vita ſancti Platonis Ab-
atis, prædeceſſoris ſancti Theodori, ab ipſo ſancto Theo-
oro Studite conſcripta.* Extant quoque *Catecheſes,
& homiliæ ejuſdem Theodori Studitæ* editæ Antver-
piæ interpretibus partim Andræa Scotto Societatis
Jeſu presbytero, partim Joanne Livineio Canoni-
co. Extat denique *Oratio de Cruce, ejuſdem auctoris*
in 2. tomo de Cruce Jacobi Greſeri Societatis Jeſu.



Digitized by Google

### *De Halitgario.* 830.

HAlitgarius Epiſcopus Cameracenſis, vixit te-pore Ludovici Pii, & ſcripſit *libros quin- de vitiis, & virtutibus, & ordine pœnitentium*, q- extant apud Henricum Caniſium, tomo quin- parte ſecunda antiquæ lectionis.

### *De Amalario Fortunato.* 830.

AMalarius Fortunatus Epiſcopus Trevire- floruit tempore Gregorii quarti ſummi Pon- ficis, & Ludovici Pii Imperatoris, cui libros ſu- dedicavit. Scripſit *libros quatuor de Eccleſiaſticis ficiis*. Item ſcripſit *librum de ordine antiphonarii*, quo ſe miſſum fuiſſe teſtatur à Ludovico Impe- tore ad Gregorium 4. Pontificem.

### *De Nithardo.* 830.

NIthardus Caroli Magni nepos ex Bertha filia ſcripſit *libros quatuor de diſſidio filiorum Lu- vici Pii Imp.* incipit autem ab exceſſu Caroli Ma- id eſt, ab anno Domini 814. & perducit hiſtori- ad annum Domini 843. extat hæc hiſtoria c- chronico Frodöardi, & Annalibus Francoru- excuſa Pariſiis anno Domini 1588.

### *De Freculpho Lexovienſi.* 830.

FReculphus Monachus ſancti Benedicti, & po- ſtea Epiſcopus Lexovienſis eodem Ludovic- Imperatore floruit. Scripſit enim *ad Juditham Lu- dovici uxorem libros quinque hiſtoriæ univerſalis à orbe condito, uſque ad annum Domini ſexcenteſimum*, ſed ipſe vixit uſque ad annum Domini 840. in e- autem falſus fuiſſe invenitur, quod ſcripſit tom- ſecundo libro quarto cap. 20. Gothos ab Arianis ad fidem Chriſtianam fuiſſe converſos: ſcribit enim Theodoretus lib. 4. hiſtor. cap. ultimo, Gothos ab

hila Epiſcopo fidem Catholicam fuiſſe edoctos, ɔoſteà tum ipſum Ulphilam, tum ejus popuıb Arianis fuiſſe ſeductos, neque enim hærePaganos convertere, ſed Catholicos pervertoorunt, ut ſcribit Tertulianus in libro de præɔtionibus.

## *De Hilduino Abbate.* 830.

[Ilduinus Abbas ſancti Dionyſii petente Imp. Ludovico Pio ſcripſit *Areapogitica*, quæ excum epiſtolis præfixis Ludovici ad Hilduinum, lilduini ad Imperatorem. Reperiuntur hæc apud ùm tomo quinto die 9. Octobris. Sed quod in emo libro Hilduinus ſcribit, paſſum eſſe ſan- Dionyſium anno Domitiani 16. ingruente, & iſti 96. non caret dubitatione: nam ſanctus Igus Martyrium fecit anno 11. Trajani, teſte to Hieronymo de Script. Eccl. in Ignatio. Sanautem Dionyſius martyrio conſummatus eſt ſanctum Ignatium, quem nominatim citat in ) de divinis nominibus cap. 4. citat autem ex ola ad Romanos, quam ſcripſit ſanctus Ignaillo ipſo anno, quo mortuus eſt: notum veeſt Trajanum poſt Domitiani, & ſucceſſoris Nervæ obitum, imperaſſe. Itaque neceſſe eſſe tur, ut ſanctus Dionyſius non ſub Domitiano, ſub Trajano, vel Hadriano, & non anno Chri-)6. ſed poſt annum Domini centeſimum obie-

## *De Theodulpho Aurelianenſi Epiſcopo.* 835.

'Heodulphus Abbas Floriacenſis, ac deinde Epiſcopus Aurelianenſis tempore Ludovici Imperatoris floruit laude ingenii. Scripſit enim *a*, *& ſoluta oratione*, *& verſibus*; illius eſt car-, quod canitur in die Palmarum, Gloria, laus,

Digitized by Google

& honor tibi ſit Rex Chriſte redemptor. *multa carmina ipſius* extant in Bibliotheca ſanctorum [Pa]trum tomo 8. edit. 2. extat etiam apud Card. [Ba]ronium tomo 9. Annalium, ad annum Dom[ini] 835. *epiſtola lectu digna ad Clerum ſuum Am[bia]nenſem.*

*De Rabano Epiſcopo Moguntino.* 835.

RAbanus Maurus, natione Germanus A[bbas] Fuldenſis fuit tempore Ludovici Pii Imp. E[pi]copus Moguntinus creatus eſt tempore Loth[arii] ejus filii. Obiit anno Domini 856, tempore Lu[do]vici Junioris Imp. vir fuit æquè doctus, ac p[ius]. Scripſit *multa & verſu, & proſa.* Edidit *com[men]taria in univerſam ſacram Scripturam utriuſq[ue Te]ſtamenti.* Edidit etiam *libros tres de Inſtitutione [Cle]ricorum*, qui extant cum aliis multis ſimilis ar[gu]menti impreſſi Coloniæ anno 1568. Sed præter [cæ]tera ſcripſit in flore ætatis ſuæ *opus admirandum [ſo]luta, & ligata Oratione de laudibus ſanctæ C[rucis] ad Gregorium IV. Papam anno Domini* 843. [quod] mortuo Gregorio miſit ad Sergium ſucceſſo[rem]. Extat hoc opus editum ſtudio Jacobi Wimph[elin]gii anno 1501. inter opera Rabani, & Com[men]tarium in Threnos, quod ab aliquibus tri[buitur] ſancto Hieronymo; ſed verè Rabani eſt, non [Hie]ronymi, ut diximus ſuprà.

*De Strabo Fuldenſi.* 840.

STrabus Fuldenſis Monachus Rabani diſcipul[us] ex Magiſtri operibus decerpens explication[es] Scripturarum, compoſuit *gloſſam, quæ dicitur [ordi]naria in ſcripturas utriuſque teſtamenti*, quæ po[ſtea] aucta, & ornata à poſterioribus fuit.

Digitized by Google

## De Walafrido Strabone. 849.

WAlafridus Strabo à vitio oculorum ſic appellatus, Abbas Augiæ ſcripſit *de rebus Eccleſiaſticis librum ſatis utilem*, qui extat cum aliis ſimilibus libris una impreſſis Coloniæ anno Domini 68. & poſtea Romæ anno 1590. Scripſit etiam *as libros de ſanctis Gallo Abbate, & Othmaro*, i extant apud Surium die 16. Octobris, & die 16. ovembris. Claruit tempore Ludovici Pii Imp. & iiſſe dicitur anno Domini 849.

## De ſancto Eulogio Martyre. 850.

Anctus Eulogius Martyr, & Epiſcopus electus Toletanæ Eccleſiæ, vixit tempore perſecutionis racenorum, qui Cordubæ ſedem Regni conſtierant: Incidit autem ea perſecutio, in qua multi orioſi martyres compendio mortis fa[illegible] vitam ernam poſſederunt in annos Domini 850. & 851. nctus igitur Eulogius occaſione perſecutionis ipſit *memoriale martyrum*; *ubi tribus libris deſcrip martyria Cordubenſium martyrum*.

Item *Apolgeticum pro martyribus*.

Item *epiſtolas aliquot*.

Item *documentum ſive exhortationem ad martyrium*; *ſive documentum martyriale*.

Extant in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo edit. 2. Tandem & ipſe ſanctus Eulogius Martyr occubuit anno Domini 859. Vide Annales ard. Baronii ad hunc annum.

## De Haymone Halberſtatenſi. 850.

HHymo Epiſcopus Halberſtatenſis, diſcipulus quondam Alcuini plurima dicitur ſcripſiſſe in mnes ſcripturæ divinæ libros. Sed utrum omnia tent, ignoro.

Extant *Commentaria in Pſalmos*.

Digitized by Google

Item *in epiſtolas omnes ſancti Pauli.*
· Item *in Prophetas omnes, & Cantica Canticorum.*
· Item *in Apocalypſim.*
Item *in Evangelia homiliarum tomi duo.*
Item *de Chriſtianarum rerum memoria libri tres.*
Obiit anno Domini 853. ex Annalibus Cæſ. Baronii ad hunc annum. Alii aliter ſcribunt.

## *De Angelomo.* 850.

ANgelomus Monachus Gallus floruit Lothar. Imp. tempore. Scripſit *in quatuor libros Regum & in Cantica Canticorum ex antiquis Patribus explicationem.*

Porrò præfatione in cantica laudat Imperatorem Lotharium Angelomus, quod Imperio dimiſſo Monachus factus ſit, & in Monaſterio obierit.

## *De Chriſtiano Druthmaro.*

CHriſtianus Druthmarus Monachus Gallus ſcripſit *Commentarium in Evangelium S. Matthæi*, quod extat impreſſum anno 1530.

## *De Paſchaſio Ratberto.* 850.

PAſchaſius Ratbertus Abbas Corbeienſis floruit tempore Leonis quarti Papæ & Caroli Calvi Regis. Scripſit inſignem librum *de Corpore & ſanguine Domini*, qui extat in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo 6. edit. 2. ſcripſit etiam *vitam ſancti Adhelardi Abbatis*, quæ eſt apud Surium die 2. Januarii. ſcripſit quoque *in Threnos Hieremiæ libros*, qui editus eſt Coloniæ anno 1532. Hic auctor primus fuit, qui ſeriò & copioſe ſcripſit *de veritate Corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia*, contra *Bertramum Presbyterum*, qui fuit ex primis qui eam in dubium revocarunt.

Digitized by Google

## *De Simeone Metaphraſte.* 950.

Imeon Metaphraſtes floruit paulò antè annum Dom. 859. ſiquidem Pſellus, qui hoc anno ebat, orationem habuiſſe dicitur in funere Si- onis Metaphraſtæ. Vide Annales card. Baronij hunc annum. Scripſit *vitas Sanctorum per ſingu- menſes*, quas habemus latinitate donatas in to- s Aloyſii Lipomani, & ex parte apud Surium, vitis Sanctorum. Illud autem eſt obſervandum, Metaphraſte ſcriptas fuiſſe hiſtorias de vitis nctorum multis additis ex proprio ingenio, non res geſtæ fuerunt, ſed ut geri potuerunt: addit im Mataphraſtes multa colloquia, ſive dialogos artyrum cum perſecutoribus; aliquas etiam con- ſiones adſtantium Paganorum in tanto numero, incredibiles videantur: denique miracula pluri- a, & maxima, in everſione templorum, & Ido- um, & in occiſione perſecutorum: quorum lla eſt mentio apud veteres hiſtoricos. Illud quo- e obſervandum eſt, aliquas hiſtorias Sanctorum leri additas à poſterioribus, & non omnes eſſe ctoris eiuſdem. Inveniuntur enim vitæ aliquæ nctorum, qui poſt obitum Metaphraſtę vixerunt, od etiam notavit Card. Baronius tom. 10. An- lium, ad annum 859.

## *De Lupo Abbate.* 850.

Lupus Abbas Monaſterii Ferrarienſis in Gallia, ſcripſit librum Epiſtolarum qui extat. Cum- ue inter ceteros ſcribat ad Benedictum tertium Pa- am, hinc illum hoc tempore floruiſſe colligitur. Quod etiam patet ex ſynodo ſueſſionenſi anno 853. abita apud ſanctum Medardum, cui lupus hic Abbas interfuit, ut ſynodi acta teſtantur.

Digitized by Google

## *De Nicolao Papa primo.* 858.

NIcolaus Papa primus ſedere cœpit in Apo- lica ſede anno Dom. 858. & ſedit annos em. Vir fuit ſanctitate, & doctrina, necnon m animi conſtantia, & virtute præditus. Scripſit *tolas plurimas*, quæ extant ſeorſim ab alijs Po ficiis epiſtolis in uno magno volumine ſimul cuſæ, quarum præcipua eſt ad Michaelem Imp atorem, quam ab ipſo Pontifice compoſitam fu teſtatur Anaſtaſius Bibliothecarius in ejus vita: quoniam ſtylus eſt idem omnium epiſtolarum colligi poteſt, omnium eſſe auctorem eun Nicolaum, non autem, qui ei à ſecretis era

## *De Photio Epiſcopo Conſtantiopolitano.* 858.

PHotius Epiſcopus Conſtantinopolitanus te pore Nicolai Pontificis Michaëlis Imp. v fuit homo magnæ eruditionis, ſed maioris ne tiæ. Scripſit *Nomocanonem*, qui extat cum i pretatione Balſamonis. Scripſit etiam *ingentem bliothecam*, quæ etiam extat. Vide de ejus tione, ob quam corrupit epiſtolas Pontificum manorum, & finxit Synodos, Tomum te Conciliorum generalium Græcè, & Latinè Ro excuſorum: necnon Card. Baronij tomum Annalium.

## *De Niceta David.* 858.

NIceta cognomento David vixit iiſdem poribus, quibus Photius, & fideliter ſc *vitam S. Ignatii Epiſcopi Conſtantinopolitani*, ſi mul etiam deſcripſit *vitia Photij*. Qui ſanctum natium mirè vexavit. Extat liber Nicetæ *de* S. Ignatij Græcè, & Latinè Romæ excuſus c octava Synodo generali.

Digitized by Google

*De Anaſtaſio Bibliothecario & Abbate.* 858.

Naſtaſius Bibliothecarius, & Abbas Romanus vir doctus Græcè, & Latinè, hoc ipſo tempore uit, Scripſit *vitas Pontificum Romanorum à ſan-Petro uſque ad Nicolaum primum*: vertit *in La-m linguam Concilium ſeptimum generale* & ſcrip-Latinè Concilium Generale *octavum* cui ipſe rfuit. Vertit etiam *in latinum ſermonem vitam cti Joannis Eleëmoſynarii.*

## *De Hincmaro Remenſi.* 860.

Incmarus Epiſcopus Remenſis, vixit tempore Nicolai primi Pontificis, ad quem ſcripſit, & uo ſæpè litteras accepit: & tandem obiit anno mini 882. cùm ſediſſet annis triginta ſeptem, e Frodoardo in hiſtoria Remenſi. Scripſit epiſto-*paræneticam ad Carolum Craſſum*, item *aliam de o regimine ad filios Ludovici Junioris Imperatoris*, rum meminit Frodoardus in ejus vita. Extant ſtolæ Hincmari excuſæ Moguntiæ anno 1602. ipſit quoque *vitam ſancti Remigii Epiſcopi Re-nſis*, quæ extat apud Surium die 13. Januarii, pſit etiam *encomium ejuſdem ſancti Remigii*, quod at apud Surium die prima Octobris. Scripſit præ-a *opuſculum quinquaginta quinque Capitulorum Hincmarum laudunenſem*. in cujus opuſculi cap. rejicit ſeptimam Synodum generalem, ex erro-quo tunc multi tenebantur, quod ea Synodus fuiſſet habita ex conſenſu & approbatione ſe-Apoſtolicæ. De quo errore vide quæ ſcripſimus libris controverſiarum de Imaginibus lib. 2. cap. ſcripſit præterea idem Hincmarus aliud opuſ-um *de divortio Lotharii Regis & Tetbergæ Re-æ, & epiſtolas varias*, quæ omnia edita ſunt tetiæ Pariſiorum anno 1615.



Digitized by Google

*De Joanne Diacono.* 873.

JOannes Diaconus vixit tempore Joannis P[...] octavi, cui vitam ſancti Gregorii dedicavit[...] eſt, anno Domini 873. hoc enim anno ſed[...] cœpit Joannes octavus. Scripſit hic auctor *li[...] quatuor de vita ſancti Gregorii Papæ primi*, in q[...] bus res ejus geſtas accuratiſſimè proſecutus eſt.

*De Aimoino.* 873.

AImoinus Monachus Gallus multa ſcripſiſſe[...] citur, ſed nunc extat ſola [ quod ego ſciam *hiſtoria de rebus geſtis Francorum*, ]quam perd[...] à primo Rege Faramundo uſque ad obitum Lu[...] vici Pii Caroli Magni filii, & annum *Dom[...]* 840.

Reliqua uſque ad annum Domini milleſim[...] centeſimum ſexageſimum quintum, ab aliquo a[...] addita eſſe videntur.

Ipſe enim initio ſui operis quatuor *tantum* libr[...] ſe ſcripturum promiſit, & quatuor libris comp[...] hendit res geſtas Francorum, uſque ad ultima te[...] pora Ludovici Pii. Sed in fine libri quarti dic[...] ſe quintum librum ſcribere velle de primor[...] Ludovici, quæ nimis breviter perſtrinxerat in li[...] quarto : & in ipſo quinto libro cap. 17. dicit, [...] interpretatum Ludovico, quid portenderet di[...] Cometes, qui tunc apparuerat : & duobus ſeque[...] tibus capitibus declarat finem vitæ Ludovici, q[...] contigit anno Chriſti 840. atque ibi exiſtima[...] eſſe finem hiſtoriæ Aimoini. Neque ullo mo[...] credibile eſt eum ſupervixiſſe ad annum *Dom[...]* milleſimum centeſimum ſexageſimum quintum, ad quem extenditur ejus hiſtoria : quare quod di[...] citur cap. 28. contra octavam Synodum, & vene[...] rationem Imaginum, non videtur Aimoino tribuen[...] dum, ſed illi, qui hiſtoriam ejus continuavit.

Digitized by Google

*De Adone Viennenſi.* 879.

ADo Epiſcopus Viennenſis ſcripſit *de ſex ætatibus mundi Chronicum ab orbe condito uſque ad num Domini.* 879. Huic Adoni tribuunt aliqui artyrologium, de quo diximus in Adone Treenſi.

*De Remigio Antiſiodorenſi.* 890.

REmigius Antiſiodorenſis Monachus floruiſſe videtur circa annum Domini 890. Siquidem ılco Remenſis Epiſcopus, qui hoc tempore ſebat, ad ſcholas inſtaurandas Magiſtrum Remiım Antiſiodorenſem Remos advocavit, ut Froardus in ejus vita teſtatur. Fuit hic Remigius r ea ætate doctiſſimus habitus. Scripſit *Commentria in Pſalmos ex Patribus Ambroſio, & Augno multa decerpens.*

Scripſit etiam *in duodecim Prophetas.*

Scripſit quoque *de divinis officiis*: quę omnia opeimpreſſa extant.

Scripſit etiam *expoſitionem Miſſæ*, quæ habetur Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo 6. edit. 2. :ripſit *de aliis multis argumentis*, quæ utrum ex:nt, ignoro.

*De Ambroſio Ansberto.* 890.

AMbroſius Ansbertus Monachus eodem tempore floruit. Scripſit autem *in Apocalypſim in Pſalmos, & in Cantica Canticorum.* Dicitur etiam cripſiſſe *de cupiditate, & epiſtolas ad diverſos.*



Digitized by Google

# SECULUM DECIMU

## Ab Anno 900. ad 1000.

### *De Leone Sapiente Imp.*

LEo ſextus hujus nominis Imperator ſine cauſa ſapiens dictus eſt. Scripſit *epiſtolam inſignem ad Regem Saracen de Chriſtianæ fidei veritate, & Sa norum impietate*, ubi diſertis verbis Spiritum tum à Patre & Filio procedere affirmat, Extat epiſtola in Bibliotheca ſanctorum Patrum to tertio. Extant etiam in Bibliotheca Vaticana *tiones hujus Imperatoris plurimæ*, quarum titulos & unam integram refert Card. Baronius tomo 10 Annalium, ad annum Domini 911. quo anno Imperator obiit. Extant hæ orationes latinè red tæ, & Ingolſtadii excuſæ. Refert quoque Jacob Gretſerus Societatis Jeſu Theologus tomo ſecun do de Cruce, *Orationem alteram ejuſdem Leo de Cruce.* Itaque illuſtravit hic Imperator hoc ſe culum alioqui valdè obſcurum.

### *De Marco Eremita.* 906.

MArcus Eremita hoc eodem tempore vixit, quippe, qui Leonem ſextum Imperatorem ſaucium curavit, & decennium vitæ illi prædixit, ut Zonaras, & alii Græci hiſtorici narrant. Scrip ſit *multa opuſcula Theologica*, quæ extant in Biblio theca ſanctorum Patrum tomo quinto edit. ſecun dæ. Sed ea opera ita ſcatent erroribus contra fidem ut ſuſpicari cogar, vel ab hæreticis noſtri tempori conficta, aut valde depravata fuiſſe; neque alia d

Digitized by Google

uſa hujus auctoris memini, niſi, ut admonerem autiſſimè eſſe legendum : non enim deſunt alii uctores pii, qui ſine tali periculo legi poſſunt.

*De Reginone Abbate.* 908.

REgino Abbas Prumienſis ad initium anni nongenteſimi floruiſſe videtur. Scripſit enim *bros duos chronicorum ab adventu Domini uſque ad nnum ejuſdem Domini nongenteſimum octavum*, ut ſe teſtatur initio ſui operis. Sed continuavit aliuis alius anonymus uſque ad annum 967. Dicitur iam ſcripſiſſe *de diſciplina Chriſtiana libros duos* uos extare non puto.

*De Radulpho Flaviacenſi.* 910.

RAdulphus Flaviacenſis Monachus floruit anno Domini 910. Scripſit *in Leviticum libros viinti*, qui excuſi ſunt Coloniæ anno 1536. Script etiam *in epiſtolas ſancti Pauli libros* 14. *pro nuero epiſtolarum.*

*De ſancto Odone Cluniacenſi.* 930

SAnctus Odo Canonicus primum Eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis, deinde Monachus & bbas Cluniacenſis, Monaſticique ordinis in Galia reparator egregius, ſcripſit *de vita ſancti Gerali libros* 4. Item *Collationum libros tres, tractatum e reverſione ſancti Martini è Burgundia, Sermoem de Combuſtione Eccleſiæ B. Martini*, & alia onnulla, quæ Pariſiis nuper edita ſunt in Bibliotheca Cluniacenſi, cum vita Odonis ipſius, à Joanne Monacho ſcripta.

Digitized by Google

## *De Luitprando Ticinenſi.* 946.

LUitprandus Ticinenſis Diaconus, & po[illegible] Cremonenſis Epiſcopus, vir fuit multæ auct[illegible] ritatis ob eruditionem, ac prudentiam. Funct[illegible] eſt legatione nomine Berengarii Imperatoris [illegible] Conſtantinum Imp. Græcum, anno Domini 9[illegible] cujus legationis ipſe meminit: & extat hiſtori[illegible] jus legationis apud Henricum Caniſium tomo [illegible] antiquæ lectionis. Scripſit *hiſtoriarum libros ſex [illegible] rebus geſtis in Europa ſuo tempore.* Sed Card. Ba[illegible] nius tomo 10. Annalium ad annum Domini 9[illegible] non ſine cauſa ſuſpicatur, à capite ſexto, ſexti [illegible] bri hiſtoriam non eſſe Luitprandi, ſed alicujus a[illegible] nymi auctoris: id enim vidimus etiam in Rhegi[illegible] ne, & in aliis, ut ab aliquo alio continuentur, [illegible] extendantur.

## *De Witichindo.* 946.

WItichindus Monachus Corbejenſis ejuſde[illegible] temporis auctor ſcripſit *libros tres de rebus [illegible] [illegible]picis ubi res geſtas Othonum Imperatorum deſcri[illegible]*

## *De Stephano Eduenſi.* 950.

STephanus Eduenſis Epiſcopus ſcripſit *de Sacra[illegible] mento altaris; & iis, quæ ad illud perti[illegible]* Quod opus extat in tomo ſexto Bibliothecæ ſanct[illegible] rum Patrum edit. ſecundæ, dicitur autem flori[illegible] anno Domini 950.

## *De Frodoardo, & Flodoardo.* 960.

FRodoardus Abbas Remenſis ſcripſit *Chroni[illegible] Remenſe ab anno Domini nongenteſimo decim[illegible] nono, uſque ad annum nongenteſimum ſexageſim[illegible] ſextum:* quo anno creditur obiiſſe. Extat cum ali[illegible] Scriptoribus rerum Gallicanarum ex Bibliothe[illegible] P. Pithæi Pariſiis anno 1588. excuſum. eodem eti[illegible]

Digitized by Google

pore ſcripti ſunt libri quatuor Hiſtoriarum Ec-
æ Remenſis à Flodoardo presbytero, quem
nulli eundem cum Frodoardo eſſe putant.

*De Moſe Barcepha.*

MOſes Barcepha Epiſcopus Syrus, qui dicitur
floruiſſe hoc ſeculo, ſcripſit *librum de para-
in partes duas diviſum*, qui extat in primo to-
Bibliothecæ ſanctorum Patrum, edit. 2. eſt au-
hic liber cautè legendus, quia non pauca affir-
contra veram theologiam.

# ECULUM UNDECIMUM

## Ab Anno 1000. ad 1100.

*De ſancto Fulberto Carnotenſi.*

SAnctus Fulbertus Epiſcopus Carnoten-
ſis ad initium hujus ſeculi floruit. Obiit
autem anno 1028. teſte Card. Baronio
in Annalibus tomo 11. ad hunc annum.
Scripſit *epiſtolas multas ad diverſos*,
rum pleraſque ponit idem Card. tomo unde-
10. Extat etiam *una ad Adeodatum de Sacramen-
Euchariſtiæ adjuncta libro Paſchaſii Corbeienſis.*
ripſit quoque *librum de officiorum Eccleſiaſtico-
n varietate*, quem invenies in Bibliotheca ſan-
rum Patrum tomo 3. edit. 2. Extant *epiſtolæ*,
*alia opera ejus* impreſſa Pariſiis in octavo, an-
1608.

*De ſancto Odilone Abbate.* 1010.

SAnctus Odilo Abbas Cluniacenſis ſcripſit *vi-
tam ſancti Majoli Abbatis prædeceſſoris ſui.* item

Digitized by Google

*vitam ſancti Adeleidis Reginæ & epiſtolas al*
& *ſermones de præcipuis anni feſtivitatibus.*
omnia Pariſiis excuſa ſunt in Bibliotheca Cl
cenſi.

*De ſancto Barchardo Vormacienſi.* 1010.

SAnctus Burchardus Epiſcopus Vormaci eodem tempore vixit, & anno 1026. Obiit cte, & religiosè, ut ſemper vixerat. Scripſit v *ti libros decretorum ex Conciliis, & Pontifici ac ſanctis Patribus.*

*De Bernone.* 1014.

BErno Abbas Augienſis vixit eodem temp Ipſe enim in libro de rebus ad Miſſæ offic pertinentibus cap. 2. teſtatur, ſe interfuiſſe co nationi Henrici primi Imp. quæ facta eſt à Be dicto Papa VIII. anno 1014. Fuit vir doctus, ſcripſit *vitam ſancti Udalrici Epiſcopi Auguſ* quæ extat apud Surium die 4. Julii. Scripſit *de officio Miſſæ*, ſive *de rebus ad Miſſam per tibus*: qui liber extat cum cæteris ejuſdem menti impreſſus Coloniæ, & Romæ: & tom Bibliothecæ ſanctorum Patrum, edit 2. e etiam libro cap. 2. diſcimus, hoc primum re cæpiſſe in Romana Eccleſia cani ad Mi Symbolum fidei. Scripſit *multas epiſtolas*, & *opera*, quæ, utrum extent, ignoro.

*De Glabro Rodulpho.* 1040.

GLaber Rodulphus Monachus ſcripſit *hiſt ſui temporis libris quinque*, ſatis accurate tamen dicit Conradum Regem obiiſſe anno D mini 1041. videtur Scriptorum vitio poſitum pro anno undequadrageſimo, id eſt, triceſimo no; ut habent alii hiſtorici, ac præſertim Her

Digitized by Google

Contractus. Floruit circa annum Dom. 1040.

*De Hermanno Contracto.* 1050.

HErmannus Contractus à membrorum ferè omnium contractione, & debilitate ſic appella-, filius fuit nobiliſſimi cujuſdam Comitis, & onachus Augienſis valdè pius. Scripſit *de ſex ætaus mundi Chronicon, quod perduxit uſque ad ann Domini* 1052. Sed continuatum fuit à Bertolуſque ad annum 1065. Scripſiſſe præterea dici-*Antiphonam, Salve Regina, & Alma Redempis* : necnon *ſequentiam illam de Spiritu ſancto ni ſancte Spiritus, & emitte cælitus lucis tuæ ram, &c.* Scripſit *alia permulta ad muſicam*, & *rolabium ſpectantia.* Vide Chronicon Hermanauctius apud Henricum Caniſium tomo 1. antiæ lectionis.

*De ſancto Leone nono Pontifice.* 1050.

Anctus Leo Papa nonus ex Epiſcopo Tullenſi ſedère cœpit in Apoſtolica ſede anno Domini 49. & ſedit annis ſex. Itaque obiit anno Dom. 54. Scripſit *inſignem epiſtolam ad Michaëlem Epiſum Conſtantinopolitanum contra Græcorum erro-*; quam Sigebertus librum appellat. Scripſit etiam *ad Conſtantinum Monomachum Imperatorem Græum, & ad alios multos*, quæ extant inter Epilas Summorum Pontificum, & ſeorſim apud ard. Baronium tomo undecimo Annalium : & æter epiſtolas extant etiam homiliæ, & ſermones npreſſi Lovanii anno Domini 1565. & Coloniæ no 1568.

*De Humberto Cardinali.* 1054.

HUmbertus Cardinalis Epiſcopus Sylvæ candidæ à Leone nono Pontifice Romam ex ullenſi Eccleſia adductus fuit, & ab eo Legatus

Digitized by Google

Conſtantinopolim miſſus, cùm eſſet Græcè Latinè doctiſſimus ſcripſit *librum contra Græc azymo, in forma dialogi*. Scripſit & *alterum de j nio Sabbati contra Nicetam pectoratum Græc* qui duo libri extant apud Card. Baronium in app dice undecimi tomi Annalium; ſed apud Henric Caniſium tomo ſexto antiquæ lectionis habe etiam epiſtolæ Archiëpiſcopi Conſtantinopolit & Nicetæ, quibus Humbertus reſpondet: ſcri eſt autem prior liber (ut initio dicitur) anno D mini 1054.

## *De Petro Damiani.* 1060.

PEtrus Damiani, ſic à Fratris ſui, quod cum puer eſſet in magnis Anguſtiis conſtit loco piiſſimi parentis habuiſſet, Damiani no vocatus, nobilis Ravennas Monachus fuit Or nis ſancti Benedicti, ac deinde S. R. E. Cardin lis Epiſcopus Oſtienſis. Vixit temporibus Gregor VI. & ſucceſſorum ejus, uſque ad Gregorium ſe timum, ad quos omnes epiſtolas dedit. Vir valdè ſanctus, & devotus, & præcipuè pœni tiæ, & auſteræ vitæ amator ardentiſſimus. Q cauſa non ſemel à Nicolao ſecundo Pontifice, tiit facultatem dimittendi Eccleſiam Oſtien & redeundi ad eremum, ſed non impetravit. P tamen Alexandro ſecundo Pontifice invito, Ecc ſiâ dimiſſâ ad eremum confugit. Sed Alexand nec ſucceſſorem ei dedit, niſi poſt mortem, & gationem ei injunxit, ut Epiſcopo Cardinali Legatione obitâ cum rediret, vitam finivit a Domini 1072. teſte Bercoldo in additione ad He manum contractum ex quo refellitur fabula He nandi, & Vincentii Bellovacenſis, de pœniten centum annorum, illi impoſita à Gregorio ſep mo Papa. Obiit enim Petrus, antequam Gregori

imus pontifex eligeretur. Quamvis autem Pe-ſeveræ vitæ cupidiſſimus; erat tamen interim infacetus, nec ludendi, ac ſalsè carpendi ar-ignorabat, ut intelligi poteſt ex verſibus ad xandrum Papam, & ad Hildebrandum Cardi-:m, quos refert Card. Baronius in Annalibus nnum Domini 1061. Obiit in Apoſtolica Le-one anno Domini 1072. Scripſit *epiſtolas plu-as*, & *ſermones permultos*, quæ duo opera typis er mandavit Romæ Domnus Conſtantinus Ca-ius Ord. ſancti Benedicti Monachus. Scripſit m *opuſcula non pauca*, quæ inviniuntur in Bi-itheca ſanctorum Patrum, tomo 3. editionis 2. ipſit etiam *vitam ſancti Odilonis Abbatis*, quæ it apud Surium 1. die Januarii; & vitam ſancti mualdi apud eundem Surium die 19. Junii, & cti Dominici Loricati apud eundem Surium 14. Octobris.

Obſervatio prima.

n epiſtola ad Dominicum cap. 5. narrantur quæ-ı leviora de animabus defunctorum, quæ die minico refrigerium pœnarum videntur habere; n figura avicularum de lacu averni exire cer-ıtur: quæ fabulis fortaſſe ſimiliora ſunt, quam :oriæ.

Obſervatio ſecunda.

In epiſtola ad Firminum Epiſcopum liberiùs, am par eſſet, videtur auctor reprehendere S. :onem nonum propter bellum contra North-ınnos: neque enim illicitum eſt Summo Ponti-i armis defendere Civitates in quas dominium nporale habet: de qua re vide tomum undeci-um Cardinalis Baronii ad annum Domini 1053.

Digitized by Google

Obſervatio tertia.

In epiſtola ad Henricum Ravennæ Epiſco quæ epiſtola dicitur etiam liber gratiſſimus, c 4. ſcribit auctor, Chriſtum anno 30. in bapti factum eſſe Sacerdotem : & cap. 16. Scribit Li rium Papam fuiſſe hæreticum, & ſedioſum, q falſa ſunt : Chriſtus enim in conceptione hab omnem gratiam, & dignitatem : & Liberius h reticus non fuit, ut oſtendi in lib. 4. de Pont ce cap. 9.

*De ſancto Gregorio Papa VII.* 1050.

Sanctus Gregorius floruit tempore Leonis I cœpit autem ſedêre in Apoſtolica Sede an 1073. & non ſolum doctrina, & prudentia, etiam ſanctitate, & miraculis glorioſus fuit: de ad varios *ingentem numerum epiſtolarum*, qua aliquam partem non ingenio, vel manu ſecreta rum, ſed à ſe propriè compoſitas, & ſcriptas teſtatur.

*De Lanfranco, & Adelmanno.* 1059.

Lanfrancus Archiëpiſcopus Cantuarienſis ſanctus, & doctus in Concilio Romano Nicolao ſecundo Pontifice anno 1059. diſpu cum Berengario hæreſiarcha, eumque ita conv ut Berengarius librum ſuum in ignem injecerit. Se eo ad vomitum redeunte, ſcripſit idem Lanfra cus *inſignem librum de veritate corporis Domini Euchariſtia* : qui liber extat, & ſeorſim excuſ & in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo 6. edi 2. Dicitur etiam idem Lanfrancus *ſcripſiſſe in pſ mos David, & in epiſtolas ſancti Pauli.*

Eodem tempore Adelmannus Epiſcopus Brixie ſis, qui aliquando Berengario Diacono Andega venſi comes fuerat, & condiſcipulus ſub diſcipli

ncti Fulberti Carnotenſis Epiſcopi, ſcripſit, lam valdè eruditam ad Berengarium de veri- corporis Domini in ſacro ſancta Euchariſtia, extat in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo litionis 2.

*De Guitmundo Epiſcopo Averſano.* 1070.

Uitmundus Epiſcopus Averſanus, vixit Gregorio VII. ſummo Pontifice, ut ipſe teſtatur, o primi libri de Euchariſtia. Scripſit *libros tres orpore, & ſanguine Domini in Euchariſtiæ Saçento*: Nec ſolum veritatem confirmavit, ſed n argumenta contraria doctè ſolideque deſtru- Scripſit etiam *confeſſionem de ſancta Trinitate, iſti humanitate, & corporis Domini veritate*: ; extant in Bibliotheca ſanctorum Patrum to- ſexto, editionis ſecundæ, & etiam ſeorſim cum ıfranci, & Algeri libris excuſa. Unum eſt, in Guitmundus reprehendi ſolet, quod lib. 2. tierit concedere, ſpecies Sacramentales verè ſe corrumpi, & putrefieri, quæ potuiſſet adtere ſine ulla injuria corporis Dominici fieri.

*De Georgio Cedreno.* 1070.

Eorgius Cedrenus hiſtoricus Græcus ſcripſit *Compendium hiſtoriarum ab Orbe condito ue ad annum Domini* 1057. quod opus extat æcè, & Latinè.

*De Adone Trevirenſi.* 1070.

Do Epiſcopus Trevirenſis floruit tempore Gregorii VII. & ſcripſit Egregium Martyrogium, quod habetur ad finem ſeptimi tomi vium Surii. Sed non deſunt qui ambigant an hoc artyrologium ſit Adonis Trevirenſis, an potius donis Viennenſis. Nam Cardinalis Baronius in



Digitized by Google

præfatione ad Martyrologium Romanum cap
tribuit hoc Martyrologium Adoni Trevirenſi:
in Annalibus tomo 10. ad annum Domini 8
tribuit Adoni Viennenſi. Et in ultima editione An
verpienſi Adonis Viennenſis, eidem tribuitur ho
ipſum Martyrologium. Sed multum me movet
ctoritas Aloyſii Lipomani, qui primus ex ma
ſcriptis Codicibus in lucem edidit hoc Martyrolo
gium ſub nomine Adonis Trevirenſis.

### *De Adamo Bremenſi.* 1070.

ADam Bremenſis Canonicus ſcripſit historia
Eccleſiaſticam de propagatione religionis Chri
ſtianæ in Regnis Septentrionalibus à Carolo Ma
no, uſque ad Henricum quartum. Addidit in fi
libellum de ſitu daniæ. Vivebat anno Domini 107
ut colligitur ex hiſtoria ipſius lib. 4. cap. 35.

### *De Joanne Curopalate.* 1070.

JOannes Curopalates ſcripſit *hiſtoriam ab an
Domini* 811. *uſque ad annum* 1081. extat cu
variis Caſſiodori, excuſus Venetiis anno mil
ſimo quingenteſimo ſeptuageſimo.

### *De Theophilacto.* 1071.

THeophilactus Archiepiſcopus Bulgarorum vi
xit tempore Alexandri Papæ ſecundi, & Ro
mani Diogenis Imperatoris circa annum Domi
1071. ut Card. Baronius demonſtrat ex epiſtolis ip
ſius Theophilacti Scripſit *in Prophetas minores
Oſeam*, *Jonam*, *Nahum*, & *Habacuc.* Scripſit
*quatuor Evangelia*, & *in omnes epiſtolas ſancti Pau
li*, in quibus Commentariis in Evangelia, & in
epiſtolas, ita Chryſoſtomum ſecutus eſt, ut Chry
ſoſtomi abbreviator dici poſſit.
Porrò ſchiſmaticum fuiſſe Theophilactum intel-

Digitized by Google

poteſt ex Commentario in cap. 3. Joannis, ubi
:inos reprehendit, quod credant Spiritum ſan-
m à Filio etiam procedere.

*De ſancto Anſelmo Lucenſi.* 1077.

Anctus Anſelmus Mantuanus, Epiſcopus Lu-
cenſis ab Alexandro II. creatus, ac deinde,
n in Monaſterium ſe abdidiſſet, à Gregorio
I. ad Epiſcopatum revocatus ſanctitate, & mi-
ulis clarus obiit anno Domini. 1086.
Scripſit *libros duos ex Patrum ſententiis pro Gre-
ii VII. decreto & rebus geſtis contra Henricum
eratorem, & contra Guibertum Antipapam*, qui
ant apud Henricum Caniſium tomo 6. antiquæ
tionis.
Scripſit quoque *in lamentationes Hieremiæ*, & *in
almos aliquot explicationem*: quæ duo poſteriora
era utrum extent, ignoro: poſt obitum innu-
ris miraculis floruit: vide Annales Card. Baronii
annum 1086. tomo 11.

*De ſancto Anſelmo Cantuarienſi.* 1081.

Anctus Anſelmus Cantuarienſis Archiëpiſco-
pus factus eſt anno Domini 1093. tempore Ur-
ni ſecundi Pontificis & Henrici tertii, alias,
arti Imperatoris. Vir fuit natione Italus, pro-
ſſione Monachus, ingenio acerrimo, & ſancti-
te admiranda cum maxima prudentia, & humi-
ate conjuncta, diſcipulus, & ſucceſſor Lanfranci
: quo paulò antè diximus. Ejus vita ab Edinero
leliter conſcripta apud Surium extat die 21. Apri-
: obiit feliciter anno ætatis 76. ſalutis 1109.
ſi ſit error in notis, & ſcribendum ſit 1106. vi-
t enim annos tredecim in Epiſcopatu, & crea-
s fuerat Epiſcopus anno Domini 1093. quæ om-
a ex ipſo Edinero conſtant. Scripſit *multa opera*



Digitized by Google

ſed multo plura ei falſo attribuuntur. Adſcri
hic primum ea, quæ Edinerus familiaris ejus
notavit, & ipſo ordine, quo ab Anſelmo ſcri
fuiſſe narrat Edinerus.

Primo igitur ſcripſit *libros tres.*

*De veritate* 1. *De lib. arbitrio* 1. *De caſu Diabo*

Deinde ſcripſit *alios tres.*

*Monoligii librum* 1. *De Grammatica.* 1. *Pro
logii.* 1.

Scripſit paulò pòſt *reſponſionem ad quendam re
prehenſorem ſuum, præmiſſa ipſa reprehenſione.*
libri inſcribuntur, pro inſipiente, & contra inſipi
tem: atque hæc opera antequam Archiepiſco
fieret, compoſuit. Deinde Archiepiſcopus fa
ſcripſit *librum unum de Incarnatione Verbi*, que
Urbano Papæ obtulit. quique illi gratiſſimus fu

Scripſit deinde *apud Capuam in Italia librum*
quem in Anglia inchoaverat, qui inſcribitur, *Cu
Deus homo* Poſtea Lugduni in Gallia ſcripſit
*libros.*

*De conceptu Virginali, & peccato originis lib.*
*De meditatione redemptionis humanæ.*

Non pro[illegible] à fine vitæ ſcripſit in Anglia.

*De concordia præſcientiæ, prædeſtinationis, & gra
tiæ Dei cum libero arbitrio.*

Et cum moreretur, dixit, optare ſe adhuc m
dicum temporis, ut quæſtionem obſcuriſſimam
origine animæ, quam cœperat, abſolveret: ſed ho
tempus datum ei non eſt, ut majus bonum ei
æternitate daretur.

Scripſit denique *multas epiſtolas* tum ante Archi
piſcopatum, tum poſtea, quarum duodecim extan
Hæc omnia opera extant ſæpius excuſa, excep
ultimo, & de his nulla quæſtio fieri debet. Nu
ſubiiciam opera, quę feruntur ſub nomine ſanc
Anſelmi, tribus tomis diſtincta.

Digitized by Google

In primo tomo.

*Commentaria in Matthæum, & lectiones, ſive excitationes in varia loca Evangeliorum.*

In ſecundo Tomo ſunt.

*Commentaria in Epiſtolas ſancti Pauli.*
*Commentaria in Cantica, & in Apocalypſim.*

In tertio tomo ſunt.

*Opuſcula & Epiſtolæ: & quidem opuſcula præter ea quæ ex Edinero poſuimus hæc ſunt.*

*De proceſſione Spiritus ſancti, lib.* 1
*De fermentato, & azymo.* 1
*De diverſitate Sacramentorum.* 1
*De ſimilitudinibus.* 1
*De voluntate Dei.* 1
*De miſeria hominis.* 1
*De menſuratione Crucis.* 1
*Meditationum libellus.* 1
*De veſtimentis, membris & actibus Deo tributis.* 1
*De Paſſione Domini dialogus.* 1
*Speculum Evangelici ſermonis, ſive ſtimulus amoris.* 1
*Homilia de Aſſumptione in illud Intravit Jeſus* 1
*De excellentia B. V. Mariæ.* 1
*De imagine mundi.* 2

Hæc opera diſtincta quatuor tomis, ſunt excuſa recenter Coloniæ anno 1612. apud Petrum Cholinum in fol. quà edit. tomo 4. epiſtolas varias hactenus non editas continet, ut & alia noviter inſerta.

Obſervatio prima.

De Commentario in Matthæum, & lectionibus in varia loca Evangeliorum, ambigo an ſint ſancti Anſelmi: non enim credibile eſt, ab Edinero potuiſſe omitti, qui tam minutè opuſcula nume-



Digitized by Google

ravit. Ad hæc, in editione Pariſienſi anni 154
qua dicuntur eſſe omnia opera ſancti Anſe
Commentarius in Matthæum non invenitur. N
hil tamen definio, ſed ſuſpicionem meam ape

## Obſervatio ſecunda.

Commentaria in epiſtolas ſancti Pauli in editi
ne Pariſienſi anni 1544 tribuuntur Hervæo n
Anſelmo: & videtur iſta inſcriptio verior. Prim
quia hoc opus tam prolixum, & magnum ab E
nero non numeratur inter opera ſancti Anſelm
Secundò, quia Hervæi habet vetus inſcriptio. Te
tiò, quia iſta Commentaria contexta ſunt ex ali
rum explanationibus, & ſæpè leviora ſunt, qu
eſſe ſoleant ſcripta ſancti Anſelmi.

Commentaria in Cantica, & in Apocalypſi
tribui ſolent Anſelmo Laudunenſi, ſed facilè fie
ri potuit, ut propter nominis ſimilitudinem ope
unius ſint attributa alteri, præſertim cùm Edine
rus horum Commentariorum non meminerit.

## Obſervatio tertia.

Ex opuſculis, quæ in Edinero non inveniun
apertis verbis, videntur admittenda ut germ
ſancti Anſelmi opera, illa tria, quæ ſunt contr
Græcos, videlicet, De proceſſione Spiritus ſancti
De azymo, & fermentato, & de diverſitate Sacra
mentorum. Scribit enim Edinerus lib. 2. ſanctum
Anſelmum juſſu Urbani Papæ in Concilio Barens
diſputaſſe cum Græcis, eoſque apertiſſimè convi
ciſſe: & credibile eſt eas diſputationes ab eodem
Anſelmo litteris fuiſſe mandatas, adde, quod opuſ
culum de azymo, & alterum de diverſitate Sacra
mentorum, habent ſtylum Anſelmi, & præfixam
epiſtolam Anſelmi ad Valramum Epiſcopum, ut
ex initio librorum conſtat, & in priore libro ſi

Digitized by Google

.tio libri de proceſſione Spiritus ſancti ab eo-
. Anſelmo conſcripti.
em opuſculum, quod inſcribitur, ſtimulus
›ris, videtur eſſe illud, de quo Edinerus in
c. lib. dicit Anſelmum ſcripſiſſe precationes
ad Deum: hoc enim opuſculum nihil aliud
tinet, niſi pias precationes ad Deum per om-
articulos vitæ, & Paſſionis Chriſti.
:odem pertinet libellus meditationum, qui ſo-
preces continet.
)puſculum de veſtimentis, & membris, & acti-
Deo tributis, præterquam quod non habetur
d Edenerum, habetur inter libros ſancti Hiero-
ni, & ſancti Auguſtini, ſub alio titulo, ſed ne-
: illorum Patrum eſt, ut ſuprà diximus. Inter
:ra ſancti Hieronymi inſcribitur, de his quæ Deo
Scripturis attribuuntur. In operibus verò ſancti
guſtini inſcribitur, de eſſentia divinitatis.
)ialogus de Paſſione Domini non eſt ſancti
ſelmi, ſed alicujus indocti hominis, qui multa
pta, & aliqua falſa ſcribit: & ipſum Anſel-
m, vocat S. Anſelmum, quem titulum ipſe
nunquam tribuiſſet.
Iomilia de Aſſumptione S. Virginis extat etiam
er Homilias ab Alcuino collectas: Alcuinus
em præceſſit Anſelmum ferè trecentis annis.
)puſculum de excellentia S. Virginis non vi-
:ur Anſelmi, non ſolum quia ejus non memi-
Edinerus, ſed etiam quia non habet ſtylum,
que gravitatem Anſelmi.
Opuſculum de ſimilitudinibus non eſt Anſelmi
l alicujus diſcipuli ejus: nam in ultimis capiti-
s vocat Anſelmum Patrem ſuum, & multa nar-
t de ejus verbis & factis.
Opuſculum de Imagine mundi tribui ſolet Ho-
rio Incluſo, & continet multa fabuloſa, & inep-
, indigna, quæ tribuantur Anſelmo.

Opuſculum de commenſuratione Crucis, a‑
bigo cujus ſit cum ejus non meminerit Ediner‑

Obſervatio quarta.

Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca tribuit ſan‑
Anſelmo explicationem in Geneſim, Exod‑
Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Joſ‑
& Judices: ſed unde hoc habeat, divinare n‑
poſſum, cùm tanta opera Edinerum latuerint.

*De Anſelmo Laudunenſi.* 1077.

ANſelmus Laudunenſis Scholaſticus ſancti A‑
ſelmi Cantuarienſis æqualis, aut paulò J‑
ſcripſit *gloſſam interlinearem*, quæ extat cum gl‑
ordinaria, & Lyrani. Eidem (ut paulò antè di‑
mus) tribuuntur *Commentaria in Cantica & i‑
Apocalypſim*, quæ habentur inter opera ſancti An‑
ſelmi.

*De Bertoldo Conſtantienſi.* 1077.

BErtoldus Conſtantienſis, hiſtoricus fideliſſi‑
& pius, continuavit *chronicon Hermanni C‑
tracti uſque ad annum* 1063. & præterea ſcri‑
*hiſtoriam*, ſive *Chronologiam rerum geſtarum ſui te‑
poris, uſque ad annum Domini* 1100. quo temp‑
putatur etiam obiiſſe.

*De Micrologo.* 1077.

MIcrologus, quem aliqui Joannem Microl‑
gum nominant, ſcripſit *librum de Eccleſiaſ‑
cis obſervationibus*, qui extat cum aliis ſimili‑
Coloniæ, & Romæ excuſis: vixit autem tempo‑
Gregorii VII. & Anſelmi Epiſcopi Lucenſis: nam
cap. 17. ſui operis dicit, Anſelmum Lucenſe‑
Epiſcopum obſervaſſe in Miſſa celebranda rit‑
quendam Gregorii VII. & ſibi atque aliis obſerva‑

Digitized by Google

n commendaſſe : & cap. 14. dicit, ſuo tempo- Gregorium VII. in Sede Apoſtolica ſediſſe.

*De OEcumenio, & Olympiodoro.*

OEcumenius, & Olympiodorus Græci ſcriptores, ſcripſerunt *catenas ex antiquis Patribus in Acta Apoſtolorum & epiſtolas ſancti Pauli,* *in Job* : quo tempore floruerint non omninò nſtat; alii enim collocant eos inter annum 800. 900. alii poſt annum milleſimum. Scripſit præea *Olympiodorus, Commentarium in Eccleſiaſten* od extat in primo tomo Bibliothecæ Sanctorum trum, editione ſecunda. Extat eodem primo to- *catena quædam in Epiſtolam ad Romanos ſub mine Theoduli Presbyteri Cæleſiriæ.* Sed Theolus ille multo antiquior eſt ipſo OEcumenio, i in hac catena citatur; imò iſta catena ex Ecumenio videtur tota excerpta, & quaſi comndium eſſe catenæ OEcumenii in epiſtolam ad omanos.

Porrò Theodulus presbyter Cæleſiriæ obiit ſub enone Imperatore, teſte Gennadio de viris Ilſtribus.

*De Lamberto Schafnaburgenſi.* 1077.

Ambertus Schafnaburgenſis inſignis, & verax hiſtoricus, præſertim cùm de contentione inter regorium VII. Papam, & Henricum tertium Imeratorem agit. Scripſit *hiſtoriam Germanicam, & cipit ab Orbe condito uſque ad annum Dom.* 1077. ed continuavit Monachus quidam Erpheſphorenſis, cujus nomen proprium ignoratur, uſque d annum Domini 1472.

*De Ingulpho Anglo.* 1077.

INgulphus Abbas in Anglia vivebat anno Domini 1050. ut ipſe teſtatur in fine hiſtoriæ ſuæ ed ſupervixit uſque ad annum Domini 1100. Scrip-

Digitized by Google

ſit *hiſtoriam Monaſteriorum Angliæ*, quę ampli
erant, ſed attingit multa, quæ ad res geſtas Re
Angliæ pertinent. *Incipit ab anno Domini* 66
*deſinit anno Domini* 1067. quo Rex Wilhel
primus regnare cœpit. Extat hic auctor cum
qui de rebus Anglicanis ſcripſerunt.

*De Mariano Scoto.* 1083.

MArianus Scotus Monachus Fuldenſis ſc
ſit *libros tres chronicorum ab initio mundi*
*que ad annum Domini* 1083. Sed primus liber
ret principio: deſcribit hiſtoriam univerſalem
tis diligenter. Continuavit ejus hiſtoriam Dod
chinus Abbas ſancti Dyſibodi uſque ad annum
Domini 1200.

*De B. Brunone.* 1088.

B. Bruno Cartuſianorum inſtitutor, Colon
ſis, vir doctiſſimus habitus eſt, ut teſt
multa encomia ſapientiæ ipſius apud Surium
ſexto Octobris. Vixit tempore Urbani ſecu
Pontificis, à quo Romam vocatus fuit ex C
ſia. Obiit autem anno Domini 1101. ex vita
apud Surium. Scripſit *multa*, quæ extant imp
Pariſiis apud Jodocum Aſcentium: *præcipu*
*videntur Commentaria in Pſalmos*, *& Comm*
*ria in Epiſtolas ſancti Pauli.*

*De Ivone.* 1088.

IVo Carnotenſis Epiſcopus vixit tempore Urb
ni ſecundi, ad quem extant epiſtolæ, ſed ſup
vixit uſque ad annum 1114. Scripſit *volumen de*
*cretorum.* Scripſit etiam *de divinis*, *& Eccleſiaſti*
*cis officiis*, *& præcipuis feſtis diebus ſermones vigin*
*ti unum*, qui extant excuſi Coloniæ cum aliis ſi
milibus libris. Scripſit quoque *librum de corpor*

Digitized by Google

*ne*, qui extat in Bibliotheca ſanctorum Pa-
tomo 3. Scripſit denique *epiſtolas multas ad*
., quarum nonnullas refert Card. Baronius
11. & 12. Annalium. Fertur etiam ſub Ivo-
omine Pannormia, ſeu potius Pannomia: ſed
innomia non dicitur Ivonis, quia ſit ab Ivone
oſita, ſed quia ſit ex decreto Ivonis maxima
irte deſumpta: eſt enim Pannomia quaſi com-
ium decreti Ivonis, & ideò mirum videri non
:, quod libro 8. multa ſint decreta ex Inno-
o ſecundo Papa, & ex hiſtoria Sigeberti, qui
int Ivone poſteriores.

### *De Samuële Marochiano.* 1090.

amuël Marochianus ex Judæo Chriſtianus ſcrp-
it utiliſſimam *epiſtolam*, *ſive librum de adven-*
*Meſſiæ*, & de iis, quæ Judæi moderni negant,
quæ in Judaiſmo obſtinatè perſeverant. Scrip-
item, ut ipſe teſtatur, *Poſt mille annos ab ul-*
*everſione Jeroſolymæ ſub Tito Imperatoris* id eſt
*annos mille ſeptuaginta duos à natali Domini.*
t hic liber in tomo 4. Bibliothecæ ſanctorum
im, edit. ſecundæ, & etiam ſeorſim excuſus
nitur.

# CULUM DUODECIMUM

## Ab Anno 1100. ad 1200.

### *De Leone Oſtienſi.* 1101.

Eo Marſicanus Epiſcopus Oſtienſis factus
à Paſchali ſecundo, ſub eodem obiit ad ini-
tium anni 1110. Scripſit *Chronicon Mona-*
*ii Caſſinenſis à ſancto Benedicto uſque ad Deſide-*

Digitized by Google

*rium Abbatem*, qui fuit poſtea Victor Papa te
In quo chronico non pauca attinguntur
ſtoriam Eccleſiaſticam illorum temporum
utilia.

### *De Zacharia Chriſopolitano.* 1101.

Zachrias Epiſcopus Chriſopoleos vixit pore Paſchalis ſecundi Pontificis, ad ini anni 1101. & ſcripſit *in quatuor Evangelia* *libros Commentariorum.*

### *De Sigeberto Hiſtorico.* 1101.

Sigibertus Monachus Gemblacenſis vixit pore Gregorii ſeptimi Pontificis, & obiit pore Paſchalis ſecundi circa annum Dom. Scripſit *Chronologiam*, quæ extat cum aliis ricorum Germanorum libris ab anno *Domini* uſque ad annum 1111. continuavit Sigeb Robenus de Monte uſque ad annum D 1210.

Porrò Sigebertus in ſua Chronogia iniqui Gregorio 7. ob ſtudium erga Imperatorem de cauſa non pauca mentitus eſt, & præſertim narrat obitum ipſius Gregorij.

Scripſit præterea *duos libros de viris ill* inter quos ſe ipſè poſuit, & obuſcula ſua tiſſimè numeravit. Inter quæ opuſcula unum venitur contra epiſtolam Gregorij ſeptimi ad copum Metenſem, & alterum contra *epiſt* Paſchalis ſecundi, quæ opuſcula meritò ab Ec ſia Catholica interdicta fuerunt.

Scripſit quoque, ut ipſe teſtatur, *librum* *eos, qui calumniantur Miſſas coniugatorum Pre -rorum*, qui liber periiſſe videtur, & jure: ind -enim erat. qui lucem aſpiceret. Neque enim gorius ſeptimus in cujus odium liber ille ſcrip

reprehenderat Miſſas conjugatorum Presbyterum, ſed Miſſas concubinariorum Presbyterorum: neque vetuerat Gregorius, Miſſas ejuſ concubinariorum audiri, quod exiſtimaret non eſſe veras; ſed quod judicaret concubinarios indignos eſſe, qui Miſſam celebrarent, & fidelibus populis frequentarentur. Quod autem liber ille Sigeberti in defenſionem concubinariorum Sacerdotum, ſcriptus eſſet contra Gregorii Papæ edictum; perſpicuum eſt ex ipſa ejus Chronologia ad annum Domini 1074. ubi dicit, à Gregorio ſeptimo prohibitos fuiſſe uxoratos Sacerdotes divina officia celebrare, novo exemplo, & inconſiderato, &c. Sed in defenſionem Gregorii Papæ contra calumnias Sigeberti ſcripſit ſanctus Anſelmus in epiſtola ad Gulielmum Abbatem, quæ eſt numero octava, ubi ſic ait, de Presbyteris, inquit, qui ſe apertè reprobâ libidinis converſatione Deo reprobabiles exhibent, omnino tenendum eſt, quod Apoſtolica providentia Eccleſiaſtico, juſtoque rigore conſtituit. Nempè nullatenus convenit, ut ibi reverenter adſtent, ubi pertinaciter aperta, & impudenti libidine fœtentes Dei, & Sanctorum prohibitionem contemnendo, ſacris altaribus deſerviunt, imò non deſerviunt, ſed quantum ad ipſos, commaculant: non quò quis ea, quæ tractant, contemnenda; ſed tractantes execrandos æſtimet: ut quæ Dei, & Angelorum præſentia non reverentur, vel hominum deteſtatione repulſi, ſacra contaminare deſiſtant.

*De Gofrido Vindocinenſi.* 1110.

GOfridus Abbas Vindocinenſis, & Cardinalis tit. S. Priſcæ ab Vrbano ſecundo creatus vixit uſque ad extrema tempora Honorii ſecundi, ut conſtat ex epiſtola Innocentii ad ipſum. Scripſit *Epiſtolarum libros quinque*, *Opuſcula quindecim*,

X

& *ſermones duodecim* : quæ omnia extant Pariſiis anno 1610. Opera Jacobi Sirmun cietate Jeſu.

*De Odone Cameracenſi.* 1110.

ODo Epiſcopus Cameracenſis, vir pius ctus, multa compoſuiſſe dicitur, quæ riis locis reperiuntur. Extat unica, quod ſi eadem brevis expoſitio Canonis Miſſæ, Bibliotheca ſanctorum Patrum edit. 2.

*De Berengoſio Abbate.* 1112.

BErengoſius Abbas ſcripſit *de inventi Crucis libros tres*, item librum *de myſte ni Crucis*; & *ſermones variorum argum* quæ omnia extant in Bibliotheca ſancto trum tomo 2. edit. 2.

Hunc prior Carthuſiæ Trevirenſis, qui lucem edidit, exiſtimat illum Berengoſium qui fuit Abbas ſancti Maximi tempore Paſ ſecundi Pontificis, & Henrici quarti *Imp*

*De Eutymio Zigabeno.* 1118.

EUtymius Zigabenus Monachus vixit Alexii Comneni Imperatoris, ut ipſe initio Panopliæ.

Scripſit *Panopliam adverſus omnes hæreſes te ſecunda tit. 23. deſcribit errores Baſilii Bogomilum* quem Alexius Imperator combu ſit in equeſtri theatro.

Scripſit etiam *Commentaria in omnes Pſ in quatuor Evangelia*. Falluntur, qui hunc rem floruiſſe ſcribunt anno Domini 440. *vel* floruit vero anno 1118. quo Alexius Imper obiit.

Digitized by Google

## *De Joanne Zonara.* 1118.

…nnes Zonaras Monachus Græcus, ſcripſit …s *tres Annalium; quibus complexus eſt hi…iam univerſalem ab orbe condito uſque ad exi…exii Comneni Imperatoris Græcorum*, qui obiit …Domini 1118.

…ſit etiam *Commentaria in Nomocanonem*

## *De Ruperto Tuitienſi.* 1119.

…pertus Abbas Tuitienſis vixit tempore Pa…halis ſecundi Pontificis, & Henrici IV. dicti …peratoris circa annum Domini milleſimum …mum undecimum: hunc enim annum ipſe …lib. 8. de divinis officiis cap. 4. Scripſit *mul…a* quorum catalogum ipſe ponit in epiſtola …toria ad Cunonem Epiſcopum Ratiſponen… cui dedicat libros de divinis officiis.

### Opera ejus hæc ſunt.

| | |
|---|---|
| *…inis officiis, lib.* 12 | *minores.* 30 |
| *… Commentariolum …reviatum.* 10 | *De victoria Verbi.* 13 |
| *…oannem Evangeli…m.* 14 | *De gloria & honore filii hominis ſecundum Evangelium Matth.* 8 |
| *…peribus ſanctæ Tri…tatis.* 42 | *De glorioſo Rege David ex libris Regum.* 11 |
| *…Apocalypſim.* 12 | *In Cantica Canticorum* 7 |
| *…duodecim Prophetas* | |

### Obſervatio prima

Libri de officiis divinis olim carebant nomine …toris, nam, ut teſtatur Thomas Valdenſis lib. … Sacramentis cap. 47. 65. & 93. extabat ſuo tem…re liber, ſive opus de divinis officiis, ex quo …o. Wiclef hæreſiarcha mirificè triumphabat, &



Digitized by Google

Catholicos vexabat, nunc ſancti Ambroſii, nunc ſancti Iſidori, nunc ſancti Fulgentii nomine librum venditans. Itaque Catholici diu libri auctorem quærentes ſuſpicati ſunt, auctorem quemdam Valramnum, ad quem ſcripſit ſanctus Anſelmus librum de azymo: hinc poſtea Dominicus à Soto, Claudius ſanctius, Gulielmus Alanus Cardinalis, & alii, auctorem erroris de impanatione fecerunt Valramnum: ſed revera opus illud de divinis officiis à Wiclefo citatum, non eſt Valrami, qui nihil ejuſmodi uſquam ſcripſiſſe legitur, ſed Ruperti Tuitienſis Abbatis, de quo nunc agimus: ſiquidem initium illius operis, quod à Wiclefo citabatur apud Valdenſem erat, Ea quæ per anni circulum: & hoc ipſum eſt initium libri Ruperti de officiis divinis. Deinde omnia, quæ citabat Wiclefus ex auctore de divinis officiis, inveniuntur ad verbum in lib. 2. de officiis div. cap. 2. & cap. 9. apud Rupertum. Præterea errores iſtius libri inveniuntur etiam in libris Ruperti in Exodum, & in Joannem ut planè conſtet eundem eſſe auctorem omnium iſtorum librorum. Denique Algerus lib. 1. de Sacramento Euchariſtiæ cap. 6. dicit tempore ſuo exortam novam hæreſim, & abſurdiſſimam de impanatione. Atqui Rupertus vixit eodem ſeculo, quo Algerus, & erat Algero paulò Senior: & ille ipſe error, quem Algerus notat, habetur in ſecundo lib. 2. & cap. 9. de officiis divinis apud Rupertum. Atque hæc videtur eſſe cauſa, ut opera Ruperti Tuitienſis alioqui non mala, nec indocta, jacuerint ſine luce & honore, in tenebris oblivionis, annis circiter quadringentis: nam noſtro primum tempore cœperunt lucem aſpicere.

## Obſervatio ſecunda.

Error Ruperti in eo ſitus eſt, quòd exiſtimavit

converti panem in corpus Chriſti dum conſi-
: Euchariſtia, ſed aſſumi à Verbo Divino,
nadmodum aſſumpta eſt humanitas. Id perſpi-
n eſt ex libro ſexto in Joannem, ubi Rupertus
: Verbum factum eſſe hominem, non deſtru-
), ſed aſſumendo humanitatem: & eodem modo
uchariſtia idem verbum fieri panem non deſtru-
), ſed aſſumendo panem, & ſimilia habet lib. 2.
Exodum cap. 10. ſed clariſſimè lib. 2. de offi-
divinis cap. 2. cùm ſic ait, Nec duo corpora
intur, aut ſunt, hoc quod de Altari, & illud
d acceptum eſt de utero Virginis: quia vide-
t unum idemque Verbum unus idemque Deus
ùm eſt in carne, hic in pane: & cap. 9. ſic,
ait, Verbum Patris carni, & ſanguini, quem
utero Virginis aſſumpſerat, & pani ac vino,
od de altari aſſumpſit, medium interveniens,
im ſacrificium efficit, quod cum in ora fide-
n Sacerdos diſtribuit, panis & vinum abſumi-
, & tranſit: partus autem Virginis cum unito
Verbo Patris & in cælo, & in hominibus inte-
permanet, & inconſumptus: hæc ille, ubi cum
t, permanere in cælo, & in omnibus partum
ginis Verbo Patris unitum; intelligit, perma-
e in hominibus per fidem, non re ipſa: ſtatim
m ſubiungit, Sed in illum in quo fides non eſt,
ter viſibiles ſpecies panis, & vini nihil de ſa-
icio pervenit: hæc ille. Hunc errorem expli-
mus, & refutavimus lib. 3. de Sacramento Eu-
riſtiæ, cap. 11. & 15.

### *De Algero Scholaſtico.* 1130.

Lgerus Scholaſticus Leodienſis, ac poſtea
Monachus Cluniacenſis floruit circa annum
mini 1130. Scripſit *varia opuſcula de gratia, &
ero arbitrio, & de Miſericordia & juſtitia.* Sed



Digitized by Google

*præcipuum ejus opus eſt de corpore & ſanguine mini contra Berengarium*, quod tribus libris c prehenſum valdè laudatur à venerabili Petro C niacenſi, qui initio libri de ſacrificio dicit, L francum ſcripſiſſe de Sacramento Euchariſtiæ, nè, planè, perfectè: Guitmundum, melius, nius, perfectius; Algerum, optimè, pleniſſi perfectiſſimè. Sed tamen obſervandum eſt, h Algerum lib. 2. cap. 1. non rectè ſcripſiſſe ſpe Sacramentales non poſſe corrumpi, vel rodi à ribus, &c. quod etiam notavimus in Guitmun à quo id videtur Algerus accepiſſe, ſic etiam c 8. perperam citavit Algerus ſanctum Auguſtin cùm ait, Unde, ut ait Auguſtinus, nec caro ſanguine, nec ſanguis ſine carne ritè commu catur. Hæc enim non ſunt Auguſtini; ſed Paſch in libro de corpore Domini, cap. 14. Denique c 10. videtur Algerus velle, eſſe de jure divino ſacrificium Miſſæ celebretur in azymo: quod n eſt verum, alioquin Eccleſia non toleraret e qui celebrant in fermentato. Hæc notare vol non ut imminuam gloriam Algeri, qui magno lo veritatem ſua ætate defendit; ſed ne lector off diculum incurrat in legendo opere *illo*, alio valde bono, cùm ſit commune mortalibus aliqu do labi. Extat hoc opus Algeri impreſſum Lov nii cum Paſchaſio, Lanfranco, & Guitmundo, non cum iiſdem in Bibliotheca ſanctorum Patr tomo 6. edit. 2.

## *De Hildeberto Turonenſi*, 1125.

HIldebertus Archiepiſcopus Turonenſis vix tempore Honorii ſecundi Pontificis, ad quem epiſtolam ſcripſit. Honorius autem ſedère cœpit anno Domini 1125.

Scripſit *Sermones*, *Epiſtolas*, & *Carmina ſacra*,

Digitized by Google

extant in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo
dit. 2. ad eum una extat Epiſtola ſancti Ber-
di, qua eum hortatur, ut Innocentium ſecun-
n, ut verum Pontificem agnoſcat, & venere.

## *De ſancto Bernardo.* 1130.

Anctus Bernardus Abbas Claravallenſis, vir
plane Apoſtolicus, & non minus gloria mira-
orum, quàm ſapientiæ ſplendore illuſtris, flo-
maxime tempore Innocentii II. Pontificis an-
Domini 1130. ſed obiit anno 1153. ætatis ſuæ
Scripſit *multa opera*, ſed multa etiam illi tri-
ntur, quæ ejus non ſunt. Opera, quæ ſine du-
ſanctum Bernardum habent auctorem illa ſunt
e numerantur à Gofrido ejus diſcipulo, & alum-
lib. 3. vitæ ipſius cap. ultimo; vitam enim ſan-
Bernardi primus ſcripſit eo vivente Guillelmus
bas ſancti Theodorici, unico libro comprehen-
: deinde adjecit ſecundum librum Bernardus
bas bonæ Vallis: tres ultimos addidit Gofri-
Monachus Claravallenſis.

Opera S. Bernardi indubitata ex Gofrido Monacho.

*Homiliæ in laudem Virginis Matris ſive ſuper Miſſus eſt Angelus.* 4
*De gradibus humilitatis.* 1
*De diligendo Deo.* 1
*Apologeticus ad Guillelmum Abbatem.* 1
*De præcepto, & diſpenſatione.* 1
*Exhortatorius ad milites templi.* 1
*De gratia, & libero arbitrio.* 1
*De Conſideratione ad Eugenium.* 5
*In Cantica ſermones.* 86
*Epiſtolæ ad diverſos.* 351
*Vita S. Malachiæ Epiſcopi Hiberniæ.*

Digitized by Google

Opera ſancti Bernardi ſecundi ordinis, quæ h
bentur etiam pro indubitatis.


*De Adventu Domini ſermones.* 7
*De Vigilia natalis Domini.* 6
*De natali Domini.* 6
*De Circumciſione.* 3
*De Epiphania.* 4
*De Dominica prima poſt Epiphaniam.* 2
*De Converſione S. Pauli* 2
*De Purificatione Beatæ Mariæ.* 3
*De Septuageſima.* 2
*De Quadrageſima.* 7
*De ſancto Benedicto Abbate.* 1
*De Annunciatione Beatæ Mariæ.* 3
*De Domin. Palmarum.* 3
*De feria quarta pœnoſa.* 1
*De feria quinta in Cœna Domini.* 1
*De Paſcha.* 4
*De Octava Paſcha.* 2
*De Rogationibus.* 1
*De Aſcenſione.* 6
*De Pentecoſte.* 3
*De ſancto Joanne Baptiſta.* 1
*De SS. Petro & Paulo.* 4
*De David, & Golia.* 1
*De ſeptem panibus.* 3
*De ſancto Victore.* 2

*De ſancta Maria M dalena.*
*De Aſſumpt. B. M. V.*
*De verbis, Signum m num.*
*De Nativitate ſanct ria.*
*De ſancto Michaele.*
*De feſto omnium Sa rum.*
*De ſancto Malachia*
*De verbis Iſaiæ.*
*De ſancto Martino.*
*De ſancto Clemente.*
*In vigilia ſancti An*
*In die ſancti Andreæ.*
*In obitu Humberti.*
*In dedicatione Eccleſi*
*In Pſalmum 90.*
*De diverſis argum*
*De altitudine co*
*De Converſione ad C cos.*
*Sermones parvi.*
*De donis Spiritus S*
*Sententiæ ſancti Ber di.*
*Declamatio in illud, ce nos reliquimus nia.*


Digitized by Google

Ordo tertius operum dubiorum.

*fratres de monte Dei.*
*litationes.*
*interiori domo.*
*ordine vitæ.*
*ſcala Clauſtralium.*
*mula honeſtæ vitæ.*
*ndam Monachorum.*
*mones varii.*
*er de conſcientia.*
*riptio Claravallis.*
*mentatio Virg. Ma-*
*æ.*
*vita S. Bernardi.*
*ilia de exeuntibus in*
*mmaus.*
*amore Dei.*
*natura, & dignitate*
*Divini amoris.*
*Sermo de Paſſione Domi-*
*ni.*
*Tractatus de Paſſione Do-*
*mini.*
*Rhetorica ſancti Bernardi*
*De modo bene vivendi ad*
*ſororem ſuam.*
*De Conſcientia.*
*Sermones de diverſis ar-*
*gumentis.* 15
*Super Salve Regina,*
*Epiſtola ad quendam, qua*
*docetur, quid à nobis*
*requirat Deus.*
*De operibus ſermones.* 11

## Obſervatio prima.

ter opera ſecundi ordinis eſt ſermo de nativi-
B. Mariæ, qui non eſt, ut multi exiſtimant,
ativitate ex ſancta Anna matre ſua in hunc
dum; ſed de nativitate per dormitionem mor-
in cælum, quo modo dicuntur natalitia alio-
omnium Sanctorum, Id ex contextu facilè
ſt intelligi, hæc enim ſunt prima verba, Fœ-
ſtæ Virginis amplectitur cælum præſentiam,
i memoriam veneratur, &c.
i eodem ordine eſt ſermo breviſſimus de Bea-
Virgine poſt ſermonem quintum de Aſſumptio-
ſed ille ex ſermonibus parvis eſt ſecundus, &
huc ſine cauſa tranſlatus: & fortaſſe non eſt
ti Bernardi, cùm auctor ejus ſermonis dicat,
arere virginitate, & ex primo libro cap. 3. vi-

Digitized by Google

*rium Abbatem*, qui fuit poſtea Victor Papa te
In quo chronico non pauca attinguntur a
ſtoriam Eccleſiaſticam illorum temporum
utilia.

### *De Zacharia Chriſopolitano.* 1101.

ZAchrias Epiſcopus Chriſopoleos vixit te
pore Paſchalis ſecundi Pontificis, ad init
anni 1101. & ſcripſit *in quatuor Evangelia qu*
*libros Commentariorum.*

### *De Sigeberto Hiſtorico.* 1101.

SIgibertus Monachus Gemblacenſis vixit te
pore Gregorii ſeptimi Pontificis, & obiit te
pore Paſchalis ſecundi circa annum Dom.
Scripſit *Chronologiam*, quæ extat cum aliis H
ricorum Germanorum libris ab anno Domini
uſque ad annum 1111. continuavit Sigeb
Robenus de Monte uſque ad annum D
1210.

Porrò Sigebertus in ſua Chronogia iniquior
Gregorio 7. ob ſtudium erga Imperatorem:
de cauſa non pauca mentitus eſt, & præſertim
narrat obitum ipſius Gregorij.

Scripſit præterea *duos libros de viris illuſ*
inter quos ſe ipſe poſuit, & opuſcula ſua dil
tiſſimè numeravit. Inter quæ opuſcula unum
venitur contra epiſtolam Gregorij ſeptimi ad
copum Metenſem, & alterum contra epiſt
Paſchalis ſecundi, quæ opuſcula meritò ab Ec
ſia Catholica interdicta fuerunt.

Scripſit quoque, ut ipſe teſtatur, *librum c*
*eos, qui calumniantur Miſſas coniugatorum Pre*
*rorum*, qui liber periiſſe videtur, & jure: ind
enim erat. qui lucem aſpiceret. Neque enim
gorius ſeptimus in cujus odium liber ille ſcri

reprehenderat Miſſas conjugatorum Presbyterum, ſed Miſſas concubinariorum Presbyterorum: neque vetuerat Gregorius, Miſſas ejuſdem concubinariorum audiri, quod exiſtimaret non eſſe veras; ſed quòd judicaret concubinarios indignos eſſe, qui Miſſam celebrarent, & à fidelibus populis frequentarentur. Quod autem liber ille Sigeberti in defenſionem concubinariorum Sacerdotum, ſcriptus eſſet contra Gregorii Papæ edictum; perſpicuum eſt ex ipſa ejus chronologia ad annum Domini 1074. ubi dicit, à Gregorio ſeptimo prohibitos fuiſſe uxoratos Sacerdotes divina officia celebrare, novo exemplo, & inconſiderato, &c. Sed in defenſionem Gregorii & contra calumnias Sigeberti ſcripſit ſanctus Anſelmus in epiſtola ad Gulielmum Abbatem, quæ eſt numero octava, ubi ſic ait, de Presbyteris, inquit, qui ſe apertè reprobâ libidinis conſervatione Deo reprobabiles exhibent, omnino tenendum eſt, quod Apoſtolica providentia Eccleſiaſtico, juſtoque rigore conſtituit. Nempè nullatenus convenit, ut ibi reverenter adſtent, ubi pertinaciter aperta, & impudenti libidine fœtentes Dei, & Angelorum prohibitionem contemnendo, ſacris altaribus deſerviunt, imò non deſerviunt, ſed quantum ad ipſos, commaculant: non quo quis ea, quæ tractant, contemnenda; ſed tractantes execrandos exiſtimet: ut quæ Dei, & Angelorum præſentia non reverentur, vel hominum deteſtatione repulſi, contra contaminare deſiſtant,

*De Gofrido Vindocinenſi.* 1110.

GOfridus Abbas Vindocinenſis, & Cardinalis tit. S. Priſcæ ab Vrbano ſecundo creatus vixit uſque ad extrema tempora Honorii ſecundi, ut conſtat ex epiſtola Innocentii ad ipſum. Scripſit *Epiſtolarum libros quinque*, *Opuſcula quindecim*,

*& ſermones duodecim* : quæ omnia extant e[illegible] Pariſiis anno 1610. Opera Jacobi Sirmundi [illegible] cietate Jeſu.

### *De Odone Cameracenſi.* 1110.

ODo Epiſcopus Cameracenſis, vir pius & [illegible] ctus, multa compoſuiſſe dicitur, quæ in [illegible] riis locis reperiuntur. Extat unica, quod ſci[illegible] eadem brevis expoſitio Canonis Miſſæ, tomo [illegible] Bibliotheca ſanctorum Patrum edit. 2.

### *De Berengoſio Abbate.* 1112.

BErengoſius Abbas ſcripſit *de inventione* [illegible] *Crucis libros tres*, item librum *de myſterii* [illegible] *ni Crucis*; & *ſermones variorum argument*[illegible] quæ omnia extant in Bibliotheca ſanctorum [illegible] trum tomo 2. edit. 2.

Hunc prior Carthuſiæ Trevirenſis, qui eum [illegible] lucem edidit, exiſtimat illum Berengoſium e[illegible] qui fuit Abbas ſancti Maximi tempore Paſch[illegible] ſecundi Pontificis, & Henrici quarti Imperato[illegible]

### *De Eutymio Zigabeno.* 1118.

EUtymius Zigabenus Monachus vixit te[illegible] Alexii Comneni Imperatoris, ut ipſe te[illegible] initio Panopliæ.

Scripſit *Panopliam adverſus omnes hæreſes &* [illegible] *te ſecunda tit.* 23. *deſcribit errores Baſilii au*[illegible] *Bogomilum* quem Alexius Imperator combur[illegible] ſit in equeſtri theatro.

Scripſit etiam *Commentaria in omnes Pſalm*[illegible] *in quatuor Evangelia*. Falluntur, qui hunc a[illegible] rem floruiſſe ſcribunt anno Domini 440. vel [illegible] floruit vero anno 1118. quo Alexius Imper[illegible] obiit.

Digitized by Google

*De Joanne Zonara.* 1118.

Joannes Zonaras Monachus Græcus, ſcripſit *libros tres Annalium; quibus complexus eſt hiſtoriam univerſalem ab orbe condito uſque ad exi- Alexii Comneni Imperatoris Græcorum*, qui obiit o Domini 1118.
cripſit etiam *Commentaria in Nomocanonem tii.*

*De Ruperto Tuitienſi.* 1119.

Upertus Abbas Tuitienſis vixit tempore Paſchalis ſecundi Pontificis, & Henrici IV, dicti Imperatoris circa annum Domini milleſimum teſimum undecimum: hunc enim annum ipſe at lib. 8. de divinis officiis cap. 4. Scripſit *mul- opera* quorum catalogum ipſe ponit in epiſtola licatoria ad Cunonem Epiſcopum Ratiſponenſem, cui dedicat libros de divinis officiis.

Opera ejus hæc ſunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *diuinis officiis, lib.* | 12 | *minores.* | 30 |
| *Job Commentariolum ɔbbreviatum.* | 10 | *De victoria Verbi.* | 13 |
| *Joannem Evangeliſtam.* | 14 | *De gloria & honore filii hominis ſecundum Evangelium Matth.* | 8 |
| *operibus ſanctæ Trinitatis.* | 42 | *De glorioſo Rege David ex libris Regum.* | 11 |
| *Apocalypſim.* | 12 | *In Cantica Canticorum* | 7 |
| *duodecim Prophetas* | | | |

Obſervatio prima

Libri de officiis divinis olim carebant nomine ctoris, nam, ut teſtatur Thomas Valdenſis lib. Sacramentis cap. 47. 65. & 93. extabat ſuo temre liber, ſive opus de divinis officiis, ex quo Wiclef hæreſiarcha mirificè triumphabat, &



Digitized by Google

Catholicos vexabat, nunc ſancti Ambroſii, nunc ſancti Iſidori, nunc ſancti Fulgentii nomine librum venditans. Itaque Catholici diu libri auctorem quærentes ſuſpicati ſunt, auctorem quemdam Valramum, ad quem ſcripſit ... Anſelmus librum de azymo: hinc poſtea Do... cus à Soto, Claudius ſanctius, Gulielmus ... Cardinalis, & alii, auctorem erroris de im... tione fecerunt Valramum: ſed revera opus de divinis officiis à Wiclefo citatum, non eſt ... rami, qui nihil ejuſmodi uſquam ſcripſiſſe le... ſed Ruperti Tuitienſis Abbatis, de quo nunc a... mus: ſiquidem initium illius operis, quod Wi... clefo citabatur apud Valdenſem erat, Ea quæ ... anni circulum: & hoc ipſum eſt initium libro... Ruperti de officiis divinis. Deinde omnia, ... tabat Wiclefus ex auctore de divinis officiis, ... veniuntur ad verbum in lib. 2. de officiis div. ca... & cap. 9. apud Rupertum, Præterea errores iſti... inveniuntur etiam in libris Ruperti in Exodum ... in Joannem ut planè conſtet eundem eſſe auct... omnium iſtorum librorum. Denique Algerus ... de Sacramento Euchariſtiæ *cap. 6.* dicit te... ſuo exortam novam hæreſim, & abſurdiſſima... impanatione. Atqui Rupertus vixit eodem ſæ... quo Algerus, & erat Algero paulò Senior: & ... ipſe error, quem Algerus notat, habetur in ſecun... do lib. 2. & cap. 9. de officiis *divinis* apud R... pertum. Atque hæc videtur eſſe cauſa, ut o... Ruperti Tuitienſis alioqui non mala, *nec in*... jacuerint ſine luce & honore, in tenebris oblivi... nis, annis circiter quadringentis: nam noſtro ... mùm tempore cœperunt lucem aſpicere.

Obſervatio ſecunda.

Error Ruperti in eo ſitus eſt, quòd exiſtima...

Digitized by Google

ſnverti panem in corpus Chriſti dum conſi-
Eucharistia, ſed aſſumi à Verbo Divino,
dmodum aſſumpta eſt humanitas. Id perſpi-
eſt ex libro ſexto in Joannem, ubi Rupertus
Verbum factum eſſe hominem, non deſtru-
ed aſſumendo humanitatem: & eodem modo
hariſtia idem verbum fieri panem non deſtru-
ſed aſſumendo panem, & ſimilia habet lib. 2.
dum cap. 10. ſed clariſſimè lib. 2. de offi-
inis cap. 2. cùm ſic ait, Nec duo corpora
ur, aut ſunt, hoc quod de Altari, & illud
cceptum eſt de utero Virginis: quia vide-
num idemque Verbum unus idemque Deus
eſt in carne, hic in pane: & cap. 9. ſic,
, Verbum Patris carni, & ſanguini, quem
ero Virginis aſſumpſerat, & pani ac vino,
de altari aſſumpſit, medium interveniens,
ſacrificium efficit, quod cum in ora fide-
Sacerdos diſtribuit, panis & vinum abſumi-
& tranſit: partus autem Virginis cum unito
Verbo Patris & in cælo, & in hominibus inte-
rmanet, & inconſumptus: hæc ille, ubi cum
permanere in cælo, & in omnibus partum
is Verbo Patris unitum; intelligit, perma-
in hominibus per fidem, non re ipſa: ſtatim
ſubiungit, Sed in illum in quo fides non eſt,
er viſibiles ſpecies panis, & vini nihil de ſa-
icio pervenit: hæc ille. Hunc errorem expli-
mus, & refutavimus lib. 3. de Sacramento Eu-
riſtiæ, cap. 11. & 15.

## *De Algero Scholaſtico.* 1130.

ALgerus Scholaſticus Leodienſis, ac poſtea Monachus Cluniacenſis floruit circa annum omini 1130. Scripſit *varia opuſcula de gratia, & ero arbitrio, & de Miſericordia & juſtitia.* Sed



Digitized by Google

*præcipuum ejus opus eſt de corpore & ſangui- mini contra Berengarium*, quod tribus libris prehenſum valdè laudatur à venerabili Petro niacenſi, qui initio libri de ſacrificio dicit, francum ſcripſiſſe de Sacramento Euchariſtiæ, nè, planè, perfectè: Guitmundum, melius, nius, perfectius; Algerum, optimè, pleniſſi perfectiſſimè. Sed tamen obſervandum eſt, Algerum lib. 2. cap. 1. non rectè ſcripſiſſe ſpe Sacramentales non poſſe corrumpi, vel rodi ribus, &c. quod etiam notavimus in Guitm à quo id videtur Algerus accepiſſe, ſic etiam 8. perperam citavit Algerus ſanctum Augu cùm ait, Unde, ut ait Auguſtinus, nec caro ſanguine, nec ſanguis ſine carne ritè com catur. Hæc enim non ſunt Auguſtini; ſed Paſc in libro de corpore Domini, cap. 14. Denique 10. videtur Algerus velle, eſſe de jure divino ſacrificium Miſſæ celebretur in *azymo*: quod eſt verum, alioquin Eccleſia non toleraret qui celebrant in fermentato. Hæc notare vol non ut imminuam gloriam Algeri, qui magn lo veritatem ſua ætate defendit; ſed ne lector diculum incurrat in legendo opere *iſto*, ali valde bono, cùm ſit commune mortalibus ali do labi. Extat hoc opus Algeri impreſſum Lov nii cum Paſchaſio, Lanfranco, & Guitmundo, non cum iiſdem in Bibliotheca ſanctorum Patr tomo 6. edit. 2.

## *De Hildeberto Turonenſi.* 1125.

Hildebertus Archiepiſcopus Turonenſis vi tempore Honorii ſecundi Pontificis, ad q epiſtolam ſcripſit. Honorius autem ſedere cœp anno Domini 1125.

Scripſit *Sermones*, *Epiſtolas*, & *Carmina ſacra*

Digitized by Google

extant in Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo
lit. 2. ad eum una extat Epiſtola ſancti Ber-
i, qua eum hortatur, ut Innocentium ſecun-
l, ut verum Pontificem agnoſcat, & venere-

## De ſancto Bernardo. 1130.

Anctus Bernardus Abbas Claravallenſis, vir plane Apoſtolicus, & non minus gloria mira-
rum, quàm ſapientiæ ſplendore illuſtris, flo-
maxime tempore Innocentii II. Pontificis an-
Domini 1130. ſed obiit anno 1153. ætatis ſuæ
Scripſit *multa opera*, ſed multa etiam illi tri-
tur, quæ ejus non ſunt. Opera, quæ ſine du-
ſanctum Bernardum habent auctorem illa ſunt,
numerantur à Gofrido ejus diſcipulo, & alum-
lib. 3. vitę ipſius cap. ultimo; vitam enim ſan-
Bernardi primus ſcripſit eo vivente Guilielmus
as ſancti Theodorici, unico libro comprehen-
: deinde adjecit ſecundum librum Bernardus
as bonæ Vallis: tres ultimos addidit Gofri-
Monachus Claravallenſis.

ra S. Bernardi indubitata ex Gofrido Monacho.


*ailiæ in laudem Virgi-*
*is Matris ſive ſuper*
*Miſſus eſt Angelus.* 4
*radibus humilitatis.* 1
*diligendo Deo.* 1
*logeticus ad Guliel-*
*num Abbatem.* 1
*præcepto, & diſpenſa-*
*ione.* 1
*hortatorius ad milites*
*templi.* 1
*De gratia, & libero ar-*
*bitrio.* 1
*De Conſideratione ad Eu-*
*genium.* 5
*In Cantica ſermones.* 86
*Epiſtolæ ad diverſos.* 351
*Vita S. Malachiæ Epiſco-*
*pi Hiberniæ.*


Digitized by Google

## Opera ſancti Bernardi ſecundi ordinis, quæ bentur etiam pro indubitatis.

*De Adventu Domini ſermon.* 7
*De Vigilia natalis Domini.* 6
*De natali Domini.* 6
*De Circuncisione.* 3
*De Epiphania.* 4
*De Dominica prima poſt Epiphaniam.* 2
*De Converſione S. Pauli* 2
*De Purificatione Beatæ Mariæ.* 3
*De Septuageſima.* 2
*De Quadrageſima.* 7
*De ſancto Benedicto Abbate.* 1
*De Annunciatione Beatæ Mariæ.* 3
*De Domin. Palmarum.* 3
*De feria quarta pœnoſa.* 1
*De feria quinta in Cœna Domini.* 1
*De Paſcha.* 4
*De Octava Paſcha.* 2
*De Rogationibus.* 1
*De Aſcenſione.* 6
*De Pentecoſte.* 3
*De ſancto Joanne Baptiſta.* 1
*De SS. Petro & Paulo.* 4
*De David, & Golia.* 1
*De ſeptem panibus.* 3
*De ſancto Victore.* 2

*De ſancta Maria Magdalena.*
*De Aſſumpt. B. M. V*
*De verbis, Signum m... num.*
*De Nativitate ſanctæ Mariæ.*
*De ſancto Michaële.*
*De feſto omnium Sanctorum.*
*De ſancto Malachia*
*De verbis Iſaiæ.*
*De ſancto Martino.*
*De ſancto Clemente.*
*In vigilia ſancti An...*
*In die ſancti Andreæ.*
*In obitu Humberti.*
*In dedicatione Eccleſiæ*
*In Pſalmum 90.*
*De diverſis argum...*
*De altitudine c...*
*De Converſione ad Clericos.*
*Sermones parvi.*
*De donis Spiritus ſa...*
*Sententiæ ſancti Bernardi.*
*Declamatio in illud, Ecce nos reliquimus omnia.*

Ordo tertius operum dubiorum.

*ratres de monte Dei.*
*itationes.*
*nteriori domo.*
*ine vitæ.*
*ala Clauſtralium.*
*ula honeſtæ vitæ.*
*num Monachorum.*
*iones varii.*
*er de conſcientia.*
*riptio Claravallis.*
*mentatio Virg. Ma-*
*æ.*
*Vitâ S. Bernardi.*
*ilia de exeuntibus in*
*minis.*
*more Dei.*
*natura, & dignitate*
*Divini amoris.*
*Sermo de Paſſione Domi-*
*ni.*
*Tractatus de Paſſione Do-*
*mini.*
*Rhetorica ſancti Bernardi*
*De modo bene vivendi ad*
*ſororem ſuam.*
*De Conſcientia.*
*Sermones de diverſis ar-*
*gumentis.* 15
*Super Salve Regina,*
*Epiſtola ad quendam, qua*
*docetur, quid à nobis*
*requirat Deus.*
*De oneribus ſermones.* 11

Obſervatio prima.

-ter opera ſecundi ordinis eſt ſermo de nativi-
B. Mariæ, qui non eſt, ut multi exiſtimant,
nativitate ex ſancta Anna matre ſua in hunc
ndum; ſed de nativitate per dormitionem mor-
in cælum, quo modo dicuntur natalitia alio-
n omnium Sanctorum, Id ex contextu facilè
eſt intelligi, hæc enim ſunt prima verba, Fœ-
idæ Virginis amplectitur cælum præſentiam,
ra memoriam veneratur, &c.
In eodem ordine eſt ſermo breviſſimus de Bea-
Virgine poſt ſermonem quintum de Aſſumptio-
; ſed ille ex ſermonibus parvis eſt ſecundus, &
e huc ſine cauſa tranſlatus: & fortaſſe non eſt
cti Bernardi, cùm auctor ejus ſermonis dicat,
carere virginitate, & ex primo libro cap. 3. vi-

tæ ſancti Bernardi probabiliter colligatur, virginem fuiſſe.

In eodem ordine invenitur lib. Sentent. Bernardi, de quo libro ambigo, an ſit ſcript ipſo ſancto Bernardo, an ab aliquo alio, qui gerit eas ſententias ex ſcriptis, & Sermonibus dem ſancti viri : video enim in iis ſententiis dam vocabula barbara, ut guerram, pro bel res alias leviores, quàm ut decêre videantur ctum Bernardum : ſed nihil definio.

## Obſervatio ſecunda.

In tertio ordine in quo dubia opera con tur : aliqua ſunt, quæ manifeſte ſancti Ber non ſunt, ſed tamen gravia, & utilia ſunt habent ſuos auctores, qui in titulis præno alia ſunt inepta, & indigna, quæ tanto viro buantur : alia denique tam proximè acced ſpiritum, & ſtylum ſancti Bernardi, ut ejus jndicari poſſint. Ac ut dicam de ſingulis ſentio.

Sermo, ſeu liber de vita ſolitaria ad fratres monte Dei, non habet ſtylum, ſed habet ſpiri ſancti Bernardi, & digniſſimus eſt, qui Tribui ſolet hic liber Guilelmo Abbati de Theodorico.

Meditationum capita ſexdecim ſimilia ſunt bro ſuperiori : non habent ſtylum, neque er tionem ſancti Bernardi, ſed habent pietatem, devotionem, & utiliter legi poſſunt.

Tractatus de interiori domo, non eſt malus, ſed ad ſuperiores duos non pertingit.

Tractatus de ordine vitæ, ſive de doctrina p rorum, ſimilis eſt ſuperiori.

Scala clauſtralium, ſive de modo orandi, non

Digitized by Google

ſtylum ſancti Bernardi, ſed alioqui inſignis eſt, & lectu dignus.
...mula vitæ, cum annexo documento, & ſpe... Monachorum, utiliſſima continent docu..., ac Religioſis viris planè neceſſaria, quam... ſtylo ſancti Bernardi longè abſint.
...mones de Natali Domini, qui ordine ſuc..., non ſunt B. Bernardi, neque eruditi: ſi... in primo ſermone auctor laudat Abbatem ...vallenſem, id eſt, ſanctum Bernardum; proin... on eſt ipſe ſanctus Bernardus ſermonis auctor. ... ipſe auctor dicit, nocte Natalis Domini cor... templum pacis Romæ, quod æternum futu... ſperabatur. At naſcente Domino nondum ...lum illud ædificari cœptum erat, denique ſty... turgidus eſt, ſed vocabulis barbaris non caret: ...em de aliis ſermonibus, ejuſdem auctoris ju... ...m fieri poteſt.
...ter ſermones eſt unus de Villico iniquitatis, præmittitur epiſtola Bernardi ad Matthæum ...ſcopum Albanenſem, cui ſermo ille tranſmit...r, & quidem ſermo ſtylum ſancti Bernardi non ...et, ſed alioqui eruditam explicationem conti.... Itaque vel ſanctus Bernardus ſolitam ſuam ...quentiam in hoc ſermone neglexit, vel alius ...nardus eſt, qui ſermonem iſtum conſcripſit.
...iber de conſcientia pius, & utilis eſt quamvis ...cti Bernardi eſſe non videatur.
Deſcriptio Claræ Vallis non eſt ſancti Bernardi, ... alicujus, qui eam bene noverat.
...amentatio B. Virginis indigna eſt, quæ ſancto ...nardo tribuatur, quippè, quæ ineptias, & falſa ...nnulla continet.
...ermo de duobus diſcipulis euntibus in Emmaus ...ignis eſt, ſed ſancti Bernardi ſtylum non habet.
Liber de amore Dei ſtylum potius ſancti Au.

Digitized by Google

tæ ſancti Bernardi probabiliter colligatur, eum virginem fuiſſe.

In eodem ordine invenitur lib. Sentent. ſancti Bernardi, de quo libro ambigo, an ſit ſcriptus ab ipſo ſancto Bernardo, an ab aliquo alio, qui collegerit eas ſententias ex ſcriptis, & Sermonibus ejuſdem ſancti viri; video enim in iis ſententiis quædam vocabula barbara, ut guerram, pro bello, & res alias leviores, quàm ut decêre videantur ſanctum Bernardum: ſed nihil definio.

## Obſervatio ſecunda.

In tertio ordine in quo dubia opera continentur: aliqua ſunt, quæ manifeſte ſancti Bernardi non ſunt, ſed tamen gravia, & utilia ſunt: & habent ſuos auctores, qui in titulis prænotantur: alia ſunt inepta, & indigna, quæ tanto viro attribuantur: alia denique tam proximè accedunt ad ſpiritum, & ſtylum ſancti Bernardi, ut ejus fœtus judicari poſſint. Ac ut dicam de ſingulis quod ſentio.

Sermo, ſeu liber de vita ſolitaria ad fratres de monte Dei, non habet ſtylum, ſed habet ſpiritum ſancti Bernardi, & digniſſimus eſt, qui legatur. Tribui ſolet hic liber Guilelmo Abbati de ſancto Theodorico.

Meditationum capita ſexdecim ſimilia ſunt libro ſuperiori: non habent ſtylum, neque eruditionem ſancti Bernardi, ſed habent pietatem, & devotionem, & utiliter legi poſſunt.

Tractatus de interiori domo, non eſt malus, ſed ad ſuperiores duos non pertingit.

Tractatus de ordine vitæ, ſive de doctrina paſtorum, ſimilis eſt ſuperiori.

Scala clauſtralium, ſive de modo orandi, non

Digitized by Google

et ſtylum ſancti Bernardi, ſed alioqui inſignis
ellus eſt, & lectu dignus.
Formula vitæ, cum annexo documento, & ſpe-
um Monachorum, utiliſſima continent docu-
nta, ac Religioſis viris planè neceſſaria, quam-
à ſtylo ſancti Bernardi longè abſint.
Sermones de Natali Domini, qui ordine ſuc-
dunt, non ſunt B. Bernardi, neque eruditi: ſi-
idem in primo ſermone auctor laudat Abbatem
aravallenſem, id eſt, ſanctum Bernardum; proin-
non eſt ipſe ſanctus Bernardus ſermonis auctor.
em ipſe auctor dicit, nocte Natalis Domini cor-
iſſe templum pacis Romæ, quod æternum futu-
m ſperabatur. At naſcente Domino nondum
nplum illud ædificari cœptum erat, denique ſty-
s turgidus eſt, ſed vocabulis barbaris non caret.
Item de aliis ſermonibus, ejuſdem auctoris ju-
cium fieri poteſt.
Inter ſermones eſt unus de Villico iniquitatis,
i præmittitur epiſtola Bernardi ad Matthæum
iſcopum Albanenſem, cui ſermo ille tranſmit-
ur; & quidem ſermo ſtylum ſancti Bernardi non
bet, ſed alioqui eruditam explicationem conti-
t. Itaque vel ſanctus Bernardus ſolitam ſuam
oquentiam in hoc ſermone neglexit, vel alius
rnardus eſt, qui ſermonem iſtum conſcripſit.
Liber de conſcientia pius, & utilis eſt quamvis
ncti Bernardi eſſe non videatur.
Deſcriptio Claræ Vallis non eſt ſancti Bernardi,
d alicujus, qui eam bene noverat.
Lamentatio B. Virginis indigna eſt, quæ ſancto
ernardo tribuatur, quippè, quæ ineptias, & falſa
onnulla continet.
Sermo de duobus diſcipulis euntibus in Emmaus
ſignis eſt, ſed ſancti Bernardi ſtylum non habet.
Liber de amore Dei ſtylum potius ſancti Au.

Digitized by Google

guſtini, quàm ſancti Bernardi habere videtur; enim librum illum compoſuit ſimitari voluit ſ um Auguſtinum in libris confeſſionum cum colloquentem.

Liber de natura & dignitate amoris divini ſubti & obſcurus eſt, nec cujus ſit affirmare poſſum.

Sermones duo de Paſſione Domini, quorum prior, incipit Jesum Nazarenum, & poſterior longe prolixior; ego ſum vitis vera, docti ſunt & utiles: ſed non videntur ſancti Bernardi, ſi è ſtylo judicium fiat.

De Rythmis, hoc ſolum dicere poſſum, illum qui incipit, Jeſu dulcis memoria, longè præſtare cæteris omnibus.

Liber de modo benè vivendi, qui ſcriptus dicitur à ſancto Bernardo ad ſororem ſuam; utiliſſima documenta continet; ſed neque ſtylum habet ſancti Bernardi, neque ad ſororem ejus ſcriptus tuit: hic enim liber ad ſororem Virginem, & cum Virginibus in monaſterio degentem ſcribitur, ut perſpecuum eſt ex cap. 21. Sanctus autem Bernardus unicam habuit ſororem, eamque primo conjugatam, deinde ſanctimonialem. Vide lib. 1. vitæ ſancti Bernardi cap. 1. & 6.

Liber de conſcientia, de gradibus humilitatis, ſermones de Cœna Domini, & cætera uſque ad finem ſecundi tomi, non ſolum longè diſtant à ſtylo ſancti Bernardi, ſed etiam veriſimile non eſt de iiſdem argumentis toties, ſanctum Bernardum diſſerviſſe.

## *De Petro Cluniacenſi.* 1130.

PEtrus venerabilis Abbas Cluniacenſis ſancti Bernardi æqualis fuit, ut epiſtolæ teſtantur, ultro, citroque miſſæ. Fuit nobilis Aquitanus, a

prim

ↄ miles, deindè monachus. ſcripſit libros duos
iraculis ſui temporis,
ripſit *librum, per formam epiſtolæ, adverſus*
*es Petri de Bruis, in quo egregiè tractat.*

*De baptiſmo parvulorum.*
*De auctoritate libri Actorum Apoſtolorum.*
*De auctoritate epiſtolæ B. Pauli.*
*De auctoritate Eccleſiæ.*
*De auctoritate Veteris teſtamenti.*
*Iterum de baptiſmo parvulorum.*
*De Baſilicis, templis, & aris.*
*De veneratione ſanctæ Crucis.*
*De ſacrificio Miſſæ, & veritate tranſubſtantiationis.*
*De ſuffragiis defunctorum.*
*De laudibus Dei in canticis, & muſicis inſtrumentis.*

cripſit quoque *libros multos epiſtolarum ad diver-*
quarum nonnullas refert Card. Baronius tom.
Annalium.

ıddit Trithemius, eum ſcripſiſſe *de converſatio-*
*Exemitica.* Sed hunc librum non vidi, neque
ım extet, ſcio.

## *De Hugone de ſancto Victore.* 1130.

HUgo de ſancto Victore, natione Saxo, profeſſione Monachus, dignitate Abbas ſancti
ctoris, æqualis fuit ſancti Bernardi, ut ex epi-
la ſancti Bernardi ad hunc ipſum Hugonem con-
t. Scripſit multa, quæ tribus tomis comprehen-
ntur in editione Veneta, anni 1588.

Primi tomi hæc ſunt.

*De ſcripturis, & ſcriptoribus ſacris, prænotationes*
*Annotationes elucidatoriæ in Pentateuchum,*



Digitized by Google

*Judices libros Regum, Pſalmos aliquot.*

*In Eccleſiaſten homiliæ.* 19.

*Annotationes elucidatoriæ in Threnos, in J*
*& Abdiam.*

*Annotationes elucidatoriæ allegoriarum in t*
*teſtamentum vetus, exceptis Prophetis, & libr*
*pientialibus.*

*Annotationes elucidatoriæ allegoriarum in qu*
*Evangelia.*

*Annotationes litterales, & quæſtiones in epiſ*
*ſancti Pauli.*

*Annotationes elucidatoriæ in Dionyſium Are*
*gitam.*

Secundi tomi hæc ſunt.

*Inſtitutiones in decalogum. Expoſitio in Reg*
*ſancti Auguſtini.*

*De Inſtitutione novitiorum. De Clauſtro ani*

*De anima libri quatuor. De medicina animæ.*

*De arrha animæ. De laude charitatis. De m*
*orandi.*

*De fructu carnis, & ſpiritus. De nuptiis car*
*bus, & ſpiritualibus lib.* 2.

*De vanitate mundi libri quatuor. De medit*
*libellus.*

*De Arcæ myſticæ deſcriptione. De Archa Noë*
*bri quatuor.*

*Sermones centum de variis argumentis. Serm*
*Aſſumptione B. Mariæ.*

Tertii tomi hæc ſunt.

*Didaſcali libri ſeptem, quorum ultimus de Tr*
*tate diſſerit: reliqui ſex ad artes liberales perti*

*De poteſtate, & voluntate Dei, libellus De q*
*druplici voluntate in Chriſto, libellus. De ſapie*
*animæ Chriſti, libellus. De unione corporis, &*
*ritus, libellus. De Verbo Dei efficaſia, libellus.*
*logia de Verbo Incarnato. De Verbo Incarnato*

Digitized by Google

*ones tres. De perpetua Virginitate B. Mariæ.*
*llaneorum ſecundi codicis libri quinque. De ſilia*
*e tractatus. Speculum de myſteriis Eccleſiæ.*
*remoniis, Sacramentis & officiis Eccleſiaſticis*
*3.*
*canone myſtici libaminis libellus.*
*alogus de Sacramentis legis naturalis & ſcriptæ.*
*mma ſententiarum ſeptem tractatibus compre-*
*quorum eſt.*
*imus de Fide, Spe, & Charitate, de Trinita-*
*& Incarnatione.*
*undus de creatione & de ſtatu angelicæ naturæ.*
*rtius de creatione, & ſtatu humanæ naturæ.*
*artus de Sacramentis in genere, & præceptis*
*is.*
*intus de Sacramento Baptiſmi.*
*xtus de Sacramento Confirmationis, Euchariſtiæ*
*itentiæ & Extremæ unctionis.*
*ptimus de Sacramento conjugii.*
*e Sacramentis Chriſtianæ fidei libri duo.*

Obſervatio.

on pauca ſunt in operibus Hugonis, quæ non ntur germana ejus opera; ſed quoniam auctor onis Venetæ ſuis locis hæc annotavit, & mihi licuit per anguſtias temporis omnia excuiere, itto lectores ad notas, quæ in ipſis operibus nt. Hoc ſolum addam extare apud Card. Ba-um inſignem epiſtolam Hugonis ad Joannem hiepiſcopum Hiſpalenſem apoſtatam à fide, to-12. ad annum Domini 1136.

*De Richardo de ſancto Victore.* 1130.

Ichardus de ſancto Victore, natione Scotus, Monachus Ordinis Canonicorum regularium gonis tempore claruit, & in eodem monaſte ſancti Victoris ſanctiſſimè vixit. Fuit quo-



Digitized by Google

que ſancti Bernardi amiciſſimus, ut ex libr
eum ſcriptis perſpicuum eſt. Ejus opera d
tomis continentur.

Primi tomi opera.

*De exterminatione mali, & promotione boni tract.* 1
*De ſtatu interioris hominis.* 3
*De eruditione interioris hominis libri* 3
*Beniamin minor, id eſt, de præparatione ad contemplationem.*
*Beniamin major, id eſt, de gratia contemplationis libri* 5
*Allegoriæ tabernaculi fœderis.* 1
*De Trinitate.* 6
*De tribus appropriatis perſonis in Trinitate, ad S. Bernardum* 1
*De Incarnatione Verbi ad eundem.* 1
*De Emanuële lib.* 2
*Exceptionum.* 4
*De poteſtate ligandi, & ſolvendi tract.* 1
*De contemplatione plagarum in fine mundi* 1
*De judiciaria poteſtate in finali judicio.* 1

*De ſpiritu blaſphem*
*De gradibus charita*
*De quatuor gradibu lentiæ charitatis.*
*De gemino Paſchate.*
*In die Paſchate ſerm*
*Declaratio difficult Scripturæ Sacræ, ſanctum Bernard*
*Quomodo Spiritus ſan ſit amor Patris, Fili.*
*De differentia pe mortalis & venia*
*De ſuper excellenti tiſſimo Chriſti.*
*De miſſione Spiritus ſ cti ſermo.*
*De comparatione Ch ad florem, & B. ad Virgam.*
*Quomodo Chriſtus p tur in ſignum p rum.*
*De differentia ſacr David, & Abraha*
*De differentia bene Abrahæ, & Be Mariæ.*

Opera tomi ſecundi.

*Explanatio difficultatum ex tabernaculo fœderis*

Digitized by Google

*templo Salomonis ad tteram.*
*concordia temporum s libros Regum.*
*plaſtatio variorum locum in Pſalmis.*
*planatio libri Cantici Canticorum.*
*De viſione Ezechiëlis.*
*De templo Ezechiëlis.*
*Deciſio dubiorum in Apoſtolo.*
*In Apocalypſim Joannis lib.* 7

Obſervatio.

Hæc omnia opera, uno excepto, quod inſcribi-, Exceptionum libri quatuor, videntur mihi ta, & pia, & digniſſima ingenio acutiſſimo Ri-rdi, neque ſcio de eis ab ullo eſſe dubitatum, ſint legitima Richardi opera. De libris excep-num nonnihil ambigo, an ſint ejuſdem aucto-, non quod non ſint libri illi eruditione varia ni, ſed quod quædam contineant, quæ non vi-ntur à Richardo ſcribi potuiſſe. Libro 1. cap. 24. loquitur, Inventores Theologiæ fuerunt apud æcos Linus, apud Latinos Varro, & noſtris nporibus Joannes Scotus, At cur Scotus, inven-Theologiæ? cur non magis Moyſes, aut Atha-ſius, aut Auguſtinus, aut Joannes Damaſcenus inde non ſunt noti Joannis Scoti niſi duo, unus centis annis ante Richardum, alter centum, & plius annis poſt Richardum: quis igitur ille eſt quo hic dicitur, Et noſtris temporibus Joannes otus? Eodem capite dicit hic auctor, invento-m Rhetoricæ fuiſſe Demoſthenem. Id quod eſt aniſeſtè falſum: Demoſthenes enim inſignis ora-r fuit, ſed ante illum fuerunt alii, ut Iſocrates, ericles, & alii; & cum ipſo claruit Æſchines: eodem tempore floruit Ariſtoteles, qui de Rhe-rica egregiè ſcripſit. In tertio libro cap. 7. Scri-it de Inſulis, & Scotiam ſuam tantum nominat. t cap. 8. deſcribit civitates celebres totius mundi



Digitized by Google

& Lutetiam Pariſiorum, ubi ipſe degebat, ne
minat quidem, ut neque Londinum, neque C
tuariam, neque Edimburgum, neque alias Brit
niæ, vel Scotiæ Civitates. In quarto libro nu
rat Pontifices Hebræorum, & omittit Aaron, Ele
zarum, Phinëes, & nonnullos alios inter pr
puos.

*De Wilhelmo Malmesberienſi.* 1130.

WIlhelmus, ſeu Gulielmus Monachus Angl dictus Bibliothecarius, & Malmesberienſis, vixit eodem tempore, quo prædicti quatuor ſcriptores. Scripſit *libros quinque de rebus geſtis Regum Anglorum, uſque ad Henricum primum.* Item *hiſtoriæ novellæ libros duos.* Denique *de rebus geſtis Pontificum Anglorum libros quatuor.*

*De Henrico Utidonienſi.* 1140.

HEnricus Utidonienſis ſcripſit *hiſtoriam Anglicanam libris* 8. *uſque ad Stephani Regis obitum,* id eſt, *uſque ad annum* 1153.

*De Gratiano.* 1145.

GRatianus Patria Cluſinus, profeſſione Monachus ſancti Benedicti, claruit tempore Eugenii tertii Pontificis, & Conradi tertii Imperatoris ad annum Domini 1145. Scripſit *Decretum*, ſive *concordiam diſcordantium canonum:* opus valdè laborioſum, in quo canones plurimos collegit ex ſcripturis, ex reſponſis Pontificum, ex Conciliis, & ex Patribus. Et quamvis multi alii viri docti *in hoc* genere ſcriptionis laboraverint, ut Dionyſius Exiguus, Iſidorus, Creſconius, Burchardus, Ivo, & ſi qui alii ſunt: ipſe tamen ſolus obtinuit, ut publicè in gymnaſiis prælegeretur, & multorum doctiſſimorum virorum Commentariis illuſtraretur.

Digitized by Google

ripſit hoc opus Bononiæ in monaſterio ſancti
cis ex ſententia Trithemii in ſecundo libro de
Illuſtribus Ordinis ſancti Benedicti, anno
nini 1127. vel ut alii volunt, anno Domini
. niſi fortè Trithemius inchotionem, alii con-
tionem operis annotaverint.

orrò hoc opus à mendis purgatum, & ſuæ in-
tati reſtitutum fuit à viris quibuſdam eruditiſſi-
auctoritate Gregorii XIII. Pontificis anno ſa-
1580.

Obſervatio in Gratianum.

ratianus id unum habet, quod reprehendi poſſe
tur, quòd non habuit delectum auctorum, ex
us decreta collegit. Annotabo hic aliqua loca
modum exempli.

rimò diſtinctione XVI. can. Septuaginta, ci-
r epiſtola ſancti Athanaſii Epiſcopi Alexandrini
canonibus Nicænis incendio conſumptis, ad
cum Papam. Sed Card. Baronius tomo tertio
allium demonſtrat, eo tempore Athanaſium
e exulem in Galliis, & incenſionem illam ca-
um Nicænorum contigiſſe diu poſt obitum
ci Papæ, & ipſum Marcum defunctum jam
e, quando ſcribitur reſpondiſſe ad epiſtolam
anaſii: ut undique nutet fundamentum harum
olarum, & ſeptuaginta canonum Nicæni
cilii.

ecundò, diſtinctione 63. can. Adrianus, & can.
ynodo, ponuntur duo canones ex hiſtoria Ec-
aſtica Sigeberti, quibus affirmantur inveſtituræ
ſcoporum conceſſæ Imperatoribus ab Hadriano
no, & à Leone octavo ſummis Pontificibus:
s canones confictos fuiſſe à Sigeberto ſchiſma-
hiſtorico probat multis argumentis Card. Ba-
ius tomo 9. Annalium, ad annum tertium

Digitized by Google

Hadriani primi Pontificis. Neque obſtat, q
iidem canones habentur etiam apud Ivone
Pannomia lib. 8. cap. 135. & 136. cùm tamen
Sigebertum ætate præceſſerit. Hoc (inquam)
obſtat: quoniam Pannomia non dicitur Ivo
quia ſit ab Ivone compoſita, ſed quia ſit ex dec
to Ivonis maxima ex parte decerpta. Quod au
auctor Pannomiæ ſit recentior Ivone, perſpicu
eſt ex libro octavo, ubi multa ſunt decreta In
centii ſecundi Pontificis, qui fuit Ivone poſte

Tertiò, cauſa 24. quæſt. 1. can. Hæc *eſt fide*
tribuitur iſte canon ſancto Hieronymo in *Symbo*
lo ad Damaſum. Sed revera deſumptus eſt ex li-
bello fidei Pelagii hæreſiarchæ ad Innocentium
primum Pontificem. Id ſatis conſtat ex S. Augu-
ſtino libro de gratia Chriſti cap. 30. 31. 32. & 33.
ubi ponit ipſa verba hujus Symboli, & dicit e
verba libelli, quem de fide ſuâ Pelagius ad Inno-
centium miſſit.

Quartò, cauſa 10. quæſt 1. can. Quia Sacerdo-
tes. Iſte canon ſumitur ex epiſtola S. Hieronymi
ad Damaſum, de oblationibus altaris. Sed ea epi-
ſtola indigna eſt, quæ S. Hieronymo tribuatur
nam inter ſancti Spiritus organa numerat auctor
hujus epiſtolæ Euſebium Chronographum, quem S.
Hieronymus Arianum hæreticum paſſim appellat.

Item ſcribens ad Damaſum citat Chryſoſtomi
Commentarium in Matthæum. At eo tempore,
quo Chryſoſtomus ſcripſit in Matthæum, Damaſus
jam ante multos annos obierat. Obiit enim Da-
maſus anno ſeptimo Theodoſii Senioris: Chry-
ſoſtomus autem anno ſequenti ordinatur Presbyter,
& incipit concionari ad populum: inter quas ho-
milias ſunt etiam illæ, quibus explicatur Evange-
lium ſancti Matthæi. Omitto quod ſtylus hujus
epiſtolæ impolitus, & barbarus cùm ſit, nihil ha-

Digitized by Google

:t ſimile cum ſtylo ſancti Hieronymi.
Quintò, cauſa 22. can. Nec artificioſo: citatur ...tus Auguſtinus in libro de conflictu virtutum vitiorum cap. 19. At is liber non poteſt eſſe Auguſtini, cùm in fine ejus libri commendetur ...ula S. Benedicti, qui fuit plus centum annis ...guſtino poſterior.
Sextò, cauſa 27. can. Nubendi licentia: iterum ...tur idem liber cap. 24. qui nullo modo Au...tini eſſe poteſt. Adde quod plurimis in locis ...atianus citat Chryſoſtomum pro auctore operis ...erfecti, & Hieronymum pro Origene.

## *De Petro Lombardo.* 1145.

Etrus Lombardus, Epiſcopus Pariſienſis eodem tempore floruit, quo Gratianus, & ſicut iſte legit Canones, & Canoniſtarum quaſi magiſter : ſic ille collegit ſententias ſacrorum Theo...orum, & Magiſter Sententiarum, & Theologo...n Scholaſticorum dici meruit. Ferunt Gratia...n, & Petrum Lombardum, & Petrum Come...tem germanos fratres fuiſſe : ſed fundamento ...et ea opinio. Certè in patria non conveniunt: ...atianus enim Ethruſcus fuit ex Cluſio Civitate ...agiſter Petrus Lombardus ex Novaria, Petrus ...meſtor Gallus ex Trecis. Quæ ſcripſerit Petrus ...mbardus, ex epitaphio ſepulchri ejus, quod eſt Eccleſia S. Mercelli Pariſiis, cognoſci poteſt: enim ibi legitur, Hic jacet Magiſter Petrus ...mbardus epiſcopus Pariſienſis, qui compoſuit ...*rum Sententiarum*, *Gloſſas Pſalmorum*, & *Epi...larum*,
Porrò *libri Sententiarum*, quod eſt præcipuum ...us Magiſtri Petri, *quatuor ſunt*.
*Primus* continet ſententias Patrum de Trinitate, unitate Dei.

Digitized by Google

*Secundus* de creatione Mundi, ac præcipuè Angelorum, & hominum, & de gratia Dei.

*Tertius* de Incarnatione Verbi, deque virtutibus, & vitiis.

*Quartus* de Sacramentis, & noviſſimis, id eſt, Reſurrectione, Judicio, &c. Hi jam aliquoties Coloniæ prodierunt ex officina Birckmannica.

## Obſervatio.

Quamvis Petrus Lombardus Magiſter appellatur, tamen diſcipuli ejus, Scholaſtici doctores, viri acuti, & docti non omnia probant, quæ Magiſter docuit: notantur enim articuli viginti ſex, in quibus Magiſter rejicitur, in additione ad Magiſtrum excuſa typis, Nec ſolum opiniones ejus aliquando refelluntur: ſed etiam non defuerunt, qui eum ad Alexandrum tertium Pontificem detulerint, hæreſis nomine, quòd docuiſſet, Chriſtum ut hominem non eſſe aliquid. Quam ejus ſententiam damnatam fuiſſe in Concilio quodam Pariſienſi, jubente Alexandro Pontifice, teſtatur Matthæus Paris in hiſtoria Anglicana, in Henrico ſecundo pag. 132. quæ damnatio contigit annis novemdeciin poſt obitum ejuſdem Petri. Non diu poſtea accuſatus fuit à Joachim Abbate, quòd docuiſſet, unam ſummam rem eſſe Patrem, & Filium & Spiritum ſanctum. Sed Concilium Lateranenſe ſub Innocentio tertio, Petri Lombardi ſententiam approbavit, & contrariam Joachimi Abbatis reprobavit.

## *De Ottone Friſingenſi.* 1145.

OTto Friſingenſis Epiſcopus, inſignis nobilitate, pietate, & doctrina, fuit Henrici quarti Imperatoris nepos, Henrici quinti ſororius, Conradi Regis frater uterinus, Frederici primi patruus,

Digitized by Google

tio monachus fuit Ciſtercienſis; ac poulò pòſt
bbas Morimundenſis, deinde Epiſcopus Friſin-
nſis, tandem in ipſo eodem monaſterio piè Deo
imam reddidit anno Domini 1159. & quoniam
ilbertum Porretanum aliquando valdè laudave-
t, in morte revocavit, ſi quid in ejus laudem di-
ſet, quod fidei Chriſtianæ contrarium videri poſ-
:. Siquidem aliqui articuli in Concilio Epiſco-
rum ab Eugenio III. Pontifice damnati fuerant
b nomine Gilberti. vide Hæc omnia apud Radevi-
m lib. 2. de geſtis Frederici Imperatoris cap. 11.
Scripſit Otto Friſingenſis *libros ſeptem Chroni-
rum ab Orbe condito uſque ad annum Dom.* 1146.
ibus addidit *librum octavum de fine mundi, An-
chriſti perſecutione, Reſurrectione mortuorum ju-
cio finali, & gloria beatorum, ac ſuppliciis dam-
atorum.*

Scripſit præterea *de geſtis Frederici I. Imperato-
s libros duos*: quibus duos alios addidit Radevi-
us Canonicus Friſingenſis.

## *De Pothone Brumienſi.* 1151.

) Otho Presbyter Brumienſis ſcripſit *de domo Dei
libros quinque*, & *de magna domo ſapientiæ li-
rum unum.* Qui libri extant in Bibliotheca ſan-
torum Patrum tomo 9. edit. 2. ſcribere porrò cæ-
it *de domo Dei*, ut manu ſua ipſe notatum reli-
uit, anno quo mortuus eſt Rex Conradus, hoc
ſt anno 1152.

## *De Petro Comeſtore.* 1160.

PEtrus Comeſtor, qui & Magiſter hiſtoriæ Scho-
laſticæ, hoc ipſo tempore floruit: dedicavit
nim opus ſuum Wilhelmo Archiepiſcopo Seno-
ienſi, cui Alexander III. Papa commiſit, ut ſen-
entiam quændam Petri Lombardi damnaret, ut

Digitized by Google

ſuprà diximus. Scripſit *hiſtoriam ſacram* 16. *lib*
qui ſunt libri ſacri hiſtoriales, videlicet Gene
Exodus, Liviticus, Numeri, Joſue, Judices, Ru
primus Regum, ſecundus Regum, tertius Regu
quartus Regum, Tobias, Ezechiël, Daniel, Ju
dish, Eſter, Machabæorum, Hiſtoria Evangeli
& hiſtoria Actuum Apoſtolorum. Scripſit aute
inſerens verbis ſacris multa ex Gloſſis, & ex pro
fanis auctoribus, & non rarò admiſcens incerta
hiſtorias.

## *De Ecberto Abbate.* 1160.

ECbertus Bunnenſis primùm Canonicus, deinde Monachus & Abbas Schonaugienſis, multa ſcripſit, quæ à Trithemio Commemorantur. Extant nunc ſermones 13. adverſus Catharos ejus temporis hæreticos; quibus decem illorum hæreſes, ex Manichæorum erroribus petitas refutat. Qui ſeorſim prius editi, in auctariò etiam Bibliothecæ ſanctorum Patrum editionis 3 poſiti ſunt.

## *De Theoriano.* 1160.

THeorianus quidam Græcus vir doctus, miſſus fuit à Manuële Imperatore ad Armenos, ut eos ab erroribus circa fidem Chriſtianam revocaret: quod ille egregiè præſtitit anno Domini 1170. Extat *dialogus Theoriani Orthodoxi cum generali Armenorum*, in tomo quarto Bibliothecæ ſanctorum Patrum edit. 2. eſtque dialogus lectu dignus. Quamvis Genebrardus lib. 4. Chronologiæ conetur excuſare Armenos ab errore Petri Gnaphei tamen judicent lectores, an rectè excuſaverit.

## *De Arnulpho Lexovienſi.* 1170.

ARnulphus Epiſcopus Lexovienſis, cujus crebra eſt mentio in Hiſtoria ſancti Thomæ Cantuarienſis, ſcripſit epiſtolas, & alia quædam opuſcula

tum proſâ, tum verſu, quæ ſimul extant edi-
'ariſiis,

### *De Nicolao Claravallenſi.* 1170.

Icolaus Monachus Claravallenſis, & S. Bernardi Abbatis Secretarius, ſcripſit epiſtolas diverſos, quæ nuper in lucem editæ ſunt, in tario Bibliothecæ ſanctorum Patrum editionis iæ.

### *De Hugone Etheriano* 1177.

Ugo Etherianus natione Tuſcus, vir doctus Græcè, & Latinè. Conſtantinopoli degens pſit valdè eruditè *librum de proceſſione Spiritus cti adverſus errores Græcorum*, quem librum ad exandrum tertium Pontificem miſit anno 1177. e Card. Baronio tomo 12. Annalium, ubi & ſtolam ejuſdem Alexandri ponit, qua gratias t Hugoni. Scripſit etiam *de regreſſu animarum inferis*. Utrumque opus extat in tomo 9. Bibliocæ ſanctorum Patrum, edit. 2.

### *De Arnoldo Carnotenſi.* 1177.

Rnoldus Carnotenſis, Abbas bonæ Vallis, vir admodum pius, & doctus, & ſancti Bernardi ſcipulus, & amicus inprimis, ad quem etiam ſcrip- *epiſtolam* 310. *de obitu ſuo jam imminente*. Scrip- inſigne *opuſculum de ſeptem verbis noviſſimis à hriſto in Cruce prolatis*. Scripſit item *de laudibus irginis Mariæ Matris Dei* . quæ duo opera extant Bibliotheca ſanctorum Patrum tomo primo edit. Scripſit quoque *ſecundum librum vitæ ſancti Berrdi*, qui habetur ad finem operum ſancti Berrdi.



Digitized by Google

*De Joanne Sareſberienſi.* 1177.

JOannes Sareſberienſis, Epiſcopus Carno vixit tempore Alexandri tertii. Scripſit & *in iis vitam ſancti Thomæ Cantuarienſis. pœnitentiale, Iurgationem Cleri, Policra libris octo, De nugis curialum, Epiſtolas ad* Extant impreſſa anno 1513.

*De Petro Bleſenſi.* 1177.

PEtrus Bleſenſis, Archidiaconus Bathonienſ vixit tempore Alexandri tertii Pontificis, Henrici ſecundi Regis Anglorum, cui diu famili ris, & adminiſter fuit. Scripſit *multa ſapienter eloquenter*, quæ nunc extant opera Joannis B edita ſunt Moguntiæ anno 1600. videlicet epi læ 180.

*Tractatus de transfiguratione Domini.*
*Tractatus de converſione ſancti Pauli.*
*Compendium in Job.*
*Tractatus de Hieroſolymitana peregrin*
*Inſtructio fidei ad Soldanum Iconii.*
*Liber de confeſſione Sacramentali.*
*Liber de ſatisfactione à Sacerdote injunct*
*Canon Epiſcopalis, ſive de inſtitutione E copi.*
*Invectiva contra depravatorem.*
*Tractatus de amicitia Chriſtiana.*

Ad hæc meminit ipſe in Invectiva aliorum o rum ſuorum, quæ non videntur extare. Inveni tur multæ hujus Petri epiſtolæ in tomo 12. A nalium Card. Baronii : & inſtructio fidei ad So danum : invenitur etiam apud Matthæum Pariſie ſem ad annum Domini 1169. ſub nomine Alexa dri tertii Pontificis. Pontifex enim eam direxit no mine ſuo, quamvis à Petro Bleſenſi conſcriptam

*De Petro Cellenſi.* 1180.

Etrus Abbas Cellenſis primum, deinde ſancti Remigii ac demum Epiſcopus Carnotenſis, ſit varios tractatus, *de panibus lib.* 1., *de Taaculo Moyſis libros* 2. & *de conſcientia librum* 1. extant tomo 9. Bibliothecæ ſanctorum Patrum ſit etiam *Epiſtolas plurimas ad diverſos* quæ in s novem digeſtæ, excuſæ ſunt Pariſiis. Scrip& alia conſtat, quæ in lucem nondum prount.

*De Guerico Abbate.* 1180.

Uiricus Abbas Ingniacenſis ordinis Ciſtercienſis, ſancti Bernardi olim diſcipulus, ſcripſit *ones de tempore & ſanctis*, qui Pariſiis primum ſunt anno 1539. Scripſiſſe præterea dicitur *olas ad diverſos*: ſed hæc nondum excuſæ ſunt.

*De Gulielmo Tyrio.* 1180.

Ulielmus Archiepiſcopus Tyri vivebat anno Domini 1180. quo anno Manuël Imperator orum obiit, ut ipſe teſtatur libro 22. hiſtoriæ cap. 4. & 5.

cripſit *hiſtoriam de bello ſacro libris viginti tribus*, liber viceſimus tertius ab ipſo inchoatus, non olutus fuit, incipit ab anno Domini 1095. & duxit hiſtoriam uſque ad annum 1180. ſed conavit Joannes Heroldus additis libris ſex ad ann Domini 1521.

*De Helmodo Butſonienſi.* 1280.

HElmodus Canonicus Butſonienſis eodem tempore ſcripſit *hiſtoriam Henetorum*, ſive *Sclaum à Carolo Magno uſque ad annum Domini* 68.



Digitized by Google

*De Gothefrido Viterbienſi.* 1186.

GOthefridus Viterbienſis Notarius Conradi te[rtii], & Friderici primi Imperatorum, ſcri[pſit] *Chronicon univerſale*, quod appellavit *Panthe[on]* fortaſſe, quod contineat res geſtas omnium Pri[n]cipum, tum Eccleſiaſticorum, tum temporali[um]. Principes enim Dii appellantur in ſcripturis. Scri[pſit] autem partim proſa, partim carmine, & di[vi]ſit opus ſuum in partes viginti, & dedicavit illu[d] Urbano tertio ſummo Pontifici, ad cujus Pon[ti]ficatum hiſtoriam ſuam perduxit, id eſt, ab initi[o] mundi uſque ad annum Domini 1186.

Porrò hoc ipſo anno nupſit Conſtantia filia Ro[gerii] Regis Siciliæ, Henrico ſexto filio Friderici primi, adoleſcenti annorum viginti, & unius, ad[huc] vivente parente ejus Friderico primo, ut id[em] Gothefridus teſtatur parte decimaſeptima extre[ma].

Ex quibus refellitur fabula de Conſtantia fili[a] Rogerii, Sanctimoniali, & vetula per diſpenſatio[]nem Cæleſtini tertii nubente Henrico ſexto.

Cæleſtinus enim tertius ſedêre cœpit anno D[o]mini 1191.

*De Gulielmo Neubrigenſi.* 1190.

GUlielmus Neubrigenſis eodem tempore ſcri[p]ſit *hiſtoriam Anglicanam libris quinque*, & lib. 4. cap. 13. deplorat infelicem exitum Friderici p[ri]mi, ob iniuſtam perſecutionem factam legitim[o] Poniifici Alexandro tertio. Cœpit hiſtoriam ſua[m] ab anno Domini 1066. & breviſſime pertranſiit u[ſ]que ad annum 1135. quo anno ſe natum fuiſſe te[ſ]ſtatur, & ab hoc anno fusè ſcribit hiſtoriam g[en]tis ſuę uſque ad annum 1197.

*De Rogerio Hiſtorico.* 1190.

ROgerius de Hoveden inſignis hiſtoricus ſcri[p]ſit *libros duos Annalium Anglicanorum* valdè d[i]ligenter, & pervenit uſque ad Joannem Regem

Digitized by Google

regnare cœpit anno Domini 1199.

*De Theodoro Balſamone.* 1191.

Heodorus Balſamon Patriarcha Antiochenus vivit tempore Xiphilini Patriarchæ Conſtan-politani, cui dedicavit ſuum opus. Gregorius :m Xiphilinus anno 1191. ſedêre cœpit, teſte onio Card. tomo 12. Annalium, ad annum 1. Scripſit Balſamon *duos libros Commentario-z, unum in Nomocanonem Photii, alterum in zones variorum Conciliorum, & ſanctorum Pa-m.* Fuit autem Balſamon ſchiſmaticus, & Ro-næ Eccleſiæ infenſus, non minus, quam Pho-. Vide Baronium loco citato.

*De Joachimo Abbate.* 1195.

Oachimus Abbas Florenſis Monaſterii, vivebat anno 1195. Scripſit *in Iſaiam & Hieremiam & Apocalypſim*, & *Concordiam teſtamenti vete-, & novi.* Quæ omnia extant. Circumferuntur ædam vaticinia ſub ejus nomine de futuris Pon-:ibus Romanis, quæ quam fidem mereantur, rum ſit judicium : illud mirum eſt, quod cùm vaticinia ad ſolos quindecim Pontifices perti-t : tamen curioſitas hominum ad noſtra uſque pora, extendere illa conatur.

## CULUM DECIMUM TERTIUM

## Ab Anno 1200. ad 1300.

*De Innocentio tertio Pontifice.*

INnocentius tertius Pontifex maximus ſedêre cœpit in Apoſtolica ſede anno 1198. & ſedit uſque ad annum 1216. Vir fuit multæ pietatis, & doctrinæ, nec mino-prudentiæ in Eccleſia gubernanda. Ejus opera obus tomis continentur.



Digitized by Google

In Priore habentur.

*Sermones de tempore.*
Item *de Sanctis, tum proprii, tum commu*
Item *de conſecratione Pontificis, quatuor.*

Ad hæc libri.

*De Eleëmoſyna.* 1
*In ſeptem Pſalmos pœnitentiæ.* 1
*De laude charitatis.* 6
*De myſteriis Miſſæ.* 6
*De contemptu mundi.* 3
*Encomium in Chriſtum, & ejus Matrem.*
*Precationes de paſſione Chriſti.*
*De Sanctorum veneratione.*
*Hymnus in Chriſtum, & ejus Matrem.*
*Conciones parænetica ad Concilium.* 2
*Acta atque decreta Concilii Lateranenſis.*

In Poſteriore tomo ſunt.

*Epiſtolarum libri duo : & Conſtitutionum decretalium libri quinque.*

Hujus opera extant quam correctè impreſſa Coloniæ apud Maternum Cholinum 1575.

Obſervatio.

Qui libros Innocentii tertii edidit, præmiſit ante Concilium Lateranenſe admonitionem, in qua dixit, Concilii illius decreta non à Concilio, ſed ab ipſo Innocentio poſt Concilium conſcripta, atque edita fuiſſe : quod inde probat, quia in capitulis quibuſdam fit mentio Concilii Lateranenſis jam peracti, ac præſertim in cap. 29. 33. & 41. Sed hic auctor, quicunque fuerit, omnio deceptus eſt, & alios nonnullos ſcriptores decepit. Siquidem Concilium Lateranenſe, cujus fit mentio in his capitulis, non eſt Lateranenſe ſub Innocentio tertio, ſed ſub Alexandro tertio, atque ad hunc errorem tollendum è medio, in editione Roma-

Digitized by Google

Conciliorum generalium Græcè, & Latinè
orum, In Concilio ſub Innocentio tertio no-
r ad marginem, ubi ſint capitula Lateranenſis
icilii ſub Alexandro tertio ibi citata. Itaque de-
a Concilii ſub Innocentio tertio edita, verè
icilii generalis ſunt, & ab ipſo Concilio con-
ita, & edita non à ſolo Innocentio poſt Con-
im.

## *De Gunthero.* 1203.

Untherus Monachus Pariſienſis, ſcripſit *hi-*
*ſtoriam Conſtantinopolitanam*, quæ tempore ſuo
tigit, quando videlicet Conſtantinopolis à La-
s capta eſt, & Balduinus Flander Imperator
atus: quæ hiſtoria extat apud Henricum Cani-
n tomo quinto, par. 2. antiquæ lectionis.

## *De Helinando.* 1203.

HElinandus Monachus Gallus ſcripſit *hiſtoriam*
*ab orbe condito uſque ad annum* 1212. *libris*
*adraginta octo*: quem auctorem præcipuè ſequuti
it Vincentius Bellocavenſis, & S. Antoninus in
tor ia ſcribenda. Scripſit etiam *ſermones & epi-*
*as*, *& alia*, quæ utrum excuſa extent, ignoro.

## *De Niceta Choniate.* 1205.

NIcetas Acominatus, ſive Choniates floruit
poſt annum 1200.
Scripſit enim *hiſtoriam*, quæ extat *Græcè*, *& La-*
*è ab anno* 1118. *uſque ad annum* 1205. id eſt, ab
iperio Jo, Comneni, Alexii filii uſque ad obi-
m Balduini primi ex latinis Imperatoris Conſtan-
iopolitani. Dicitur etiam ſcripſiſſe *libros quinque*
*fide Orthodoxa. Græco idiomate*, quos non vidi
d Pariſiis excuſos eſſe accepi.

Digitized by Google

## *De Conrado Urſpergenſi Abbate.* 1215.

ABbas Urſpergenſis, cujus nomen diu fuit cognitum, ſed tandem Conradum eſſe in tuit, vivebat tempore Innocentii tertii Ponti teſtatur enim ipſe, ſe anno Domini 1202. fact Presbyterum, & anno 1207. factum eſſe mo chum Præmonſtratenſem: & anno 1215. fact eſſe Abbatem Urſpergenſem.

Scripſit *hiſtoriam*, ſive *chronicon à primo Re Aſſyriorum Belo, uſque ad Fridericum ſecundum Im peratorem*, id eſt, uſque ad annum Domini 1229 & Friderici Imperatoris nonum.

### Obſervatio.

Neceſſe eſt, hanc hiſtoriam, vel non eſſe unius auctoris, vel Conradum hunc inſerviſſe aliqua in hiſtoria ſua, ex ſcriptis aliorum. Siquidem anno 1102. ſcribit ſe Romæ fuiſſe, cum Paſchalis ſecun dus Pontifex feria quinta in Cœna Domini publi cè Imperatorem Henricum excommunicatum pro nunciavit. At ipſe [ut paulò antè notavimus] ſcri bit, ſe anno 1215. factum eſſe Abbatem Urſper genſem: quæ certè non cohærent, niſi fortè fa ctus ſit Abbas cùm eſſet pluſquam centum, & quindecim annorum. Sed neque hoc dici poteſt; cùm ipſe idem loquens de initio Pontificatus In nocentii tertii, id eſt, de anno 1198. dicat, ſe tunc fuiſſe in minori ætate, & adhuc laicum: quomo do enim eſſe poterat in minori ætate, ſi pluſquam centenarius erat?

Illud quoque obſervandum eſt, hunc auctorem ob amorem erga Imperatores ſuę nationis, non pauca contumelioſa ſcripſiſſe de Innocentio tertio, & Gregorio nono Pontificibus valdè piis, & do ctis: alioqui autem ſcriptorem eſſe ſatis diligen tem, & dignum, qui legatur.

Digitized by Google

*De Honorio Auguſtodunenſi.* 1220.

Onorius Auguſtodunenſis Presbyter claruit anno Domini 1220. ex Trithemio, qui ei mul-
era attribuit, quæ fortaſſe non extant. Extat
n excuſa Baſileæ anno 1544. *ſumma hiſtoria-*
ſive *chronicon magnum* : extat etiam *commen-*
*s in libros Salomonis* editus Coloniæ anno 1544.
t quoque liber inſcriptus *Gemma animæ*, qui
ſolet excudi cum auctoribus, qui ſcripſerunt
fficiis divinis. Extat denique liber de ſcriptori-
Eccleſiaſticis.

*De ſancto Antonio de Padua.* 1220.

Anctus Antonius de Padua appellatus quia in
a Civitate poſt multa ſanctitatis edita ſigna
t, & in eadem ſepultus mirificè honoratur :
ia fuit Ulyſſiponenſis, & vivente adhuc ſancto
ncifco ejus ordinem ingreſſus, doctrina & mi-
lis plurimos convertit, vel ab hæreſi ad rectam
m, vel ab improbis moribus ad pœnitentiam
ndam. Extant ejus *conciones tum de tempore,*
*de Sanctis.* Migravit in cœlum anno Domini
1. & anno ſequenti à Gregorio nono Pontifice
r Sanctos relatus eſt.

*De ſancto Raymundo de Pennaforti.* 1230.

Anctus Raymundus de Pennaforti Barcinonen-
ſis, Ord. Prædicatorum, floruit tempore Gre-
ii noni, cujus juſſu collegit *in unum volumen*
*nque libris diſtinctum epiſtolas decretales ſummo-*
*n Pontificum*, ut ipſe Gregorius Papa teſtatur in
œmio Decretalium. Idem ſcripſit *egregiam ſum-*
*m* quæ cùm diu manuſcripta ferretur, tandem
is mandata eſt. Obiit ſenex admodum Barcino-
anno Domini 1275. illuſtris vitæ ſanctitate, &
iraculorum gloria : & noſtro tempore, ac me

Digitized by Google

ipſo præſente in ſanctorum numerum relatus Clemente octavo ſummo Pontifice, anno Do ni 1601.

### *De Gulielmo Antiſiodorenſi.* 1240.

GUlielmus Antiſiodorenſis Epiſcopus hoc culo ſcripſit *ſummam Theologicam* Scholaſti more, diſtinctam in libros, tractatus, capita, quæſtiones. Una ejus ſententia notari ſolet, ut ſi gularis, quod videlicet merita hominum juſtoru prius, & principalius à fide, quam à charitate de pendeant. Sic enim docet libro tertio, tractatu duo decimo, capite primo, quæſt. ſecunda: & capite ſecundo quæſtione prima. Et quamvis ipſe fidem prædicet longè alio ſenſu, quàm Lutherani fa ciant, tamen ſententia ejus, hoc potiſſimum tem pore, vitanda eſſe videtur. Vide, ſi placet, qu ſcripſimus libro quinto de juſtificatione cap. 15.

### *De Gulielmo Pariſienſi.* 1240.

GUlielmus Epiſcopus Pariſienſis vivebat ann Domini 1240. ut colligitur ex articulis qu buſdam ab ipſo hoc anno damnatis, qui habent in additione ad libros ſententiarum *Petri Lom bardi*.

Vir fuit admodum pius, & doctus: ejus opera hæc extant Venetiis excuſa.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *De S. Trinitate, lib.* | 1 | *De bono, & malo.* | 1 |
| *De primo principio.* | 1 | *De univerſo.* | 6 |
| *De Sacramentis,* | 1 | *De profeſſione novitioru* | |
| *Cur Deus homo.* | 1 | | 1 |
| *Summa virtutum.* | 1 | *De dono ſcientiæ.* | 1 |
| *Summa vitiorum.* | 1 | *De operib. virtutum.* | 1 |
| *De fide, & legibus.* | 1 | *De remediis tentationum.* | |
| *De animabus hominum.* | 1 | | 1 |

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| *pluralitate beneficio-* | | *In Eccleſiaſten.* | 1 |
| *um.* | 1 | *In Cantica Canticorum.* | 1 |
| *clauſtro animæ.* | 1 | *In Evangelium Matth.* | 1 |
| *Rhetorica divina.* | 1 | *Sermonum.* | 1 |
| *pœnitentia.* | 1 | *Epiſtolarum.* | 1 |
| *Dæmonibus.* | 1 | *De collatione, & pluralitate beneficiorum Eccleſiaſticorum tractatus duo.* | |
| *Exameron.* | 1 | | |
| *Pſalterium.* | 1 | | |
| *Proverbia Salomonis.* | 1 | | |

## *De Jacobo à Vitriaco.* 1240.

Acobus à Vitriaco, natione Gallus S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopus Tuſculanus à Gregorio nonò cteatus multis laboribus pro Eccleſia i perfunctùs in Oriente & Occidente, pie obiit 10 Domini 1240. de quo multa narrat Thomas ntipratenſis ejus fermè æqualis.

Scripſit magnum *volumen concionum de tempore* quibus multus eſt in ſacris Scripturis citandis, exponendis.

Scripſit *libros duos hiſtoriæ Hieroſolymitanæ, & cidentalis.*

Item *librum unum contra Saracenos.*

Item *libros duos de vita B. Mariæ OEginacenſis* i extant apud Surium die 23. Junii. Denique ipſit *epiſtolas ad diverſos.*

## *De ſancto Edmundo Cantuarienſi.* 1240.

Anctus Edmundus Archiepiſcopus Cantuarienſis à Gregorio nono Pontifice creatus, obiit ino Domini 1240. & paulò pòſt ab Innocentio V. Pontifice inter ſanctos relatus fuit.

Scripſit utilem *librum, qui ſpeculum Eccleſiæ dicitur*; & extat in tomo 5. Bibliothecæ SS. Patrum, dit. 2.

Digitized by Google

### *De Innocentio IV.* 1243.

INnocentius quartus Pontifex, patria G
ſis, vir doctrina & prudentia clarus ſede
pit anno Domini 1243. & obiit anno 1254.
ſit *apparatum ſuper Decretales*, brevem, ſed
ditum. Scripſiſſe dicitur etiam alium librum,
vellas, ſive authenticas, appellatum, nec
brum de Pontificis auctoritate, & Imperato
ribus contra Petrum de Vineis. Sed hos duos
ſteriores libros ego non vidi.

### *De Alexandro de Hales.* 1245.

ALexander Halenſis, natione Anglus Ordi
S. Franciſci, vir doctiſſimus, & ſanctor
Bonaventuræ & Thomæ Aquinatis præcep
ſcripſit juſſu Innocentii Papæ quarti *ſummam Th
logiæ* egregiam, & copioſiſſimam, quæ no
eſt. Scripſit *poſtillam in tota Biblia*: nec non *ſ
mam virtutum*. Obiit anno Domini 1245.
ſtatur Petrus Rodulphus à Toſſiniano in hiſt
Seraphica.

### *De Hugone de ſancto Caro.* 1245.

HUgo de ſancto Caro, natione Burgundus O
Prædicatorum, Cardinalis ſanctæ Sabinæ
Innocentio quarto Pontifice creatus fuit anno
mini 1244. & piè, ac ſanctè obiit anno 1264.
Scripſit *Commentaria* brevia *in univerſa
Biblia*.
Scripſit etiam ſeorſim *in Pſalmos*: quamvis
ninò non conſtet, an Commentaria *illa in P
mos* ſint hujus Hugonis, an Alexandri Halen
Idem Hugo excogitavit *concordantias Biblio*
teſte S. Antonio 3. part ſummæ hiſtorialis tit.
cap.

Digitized by Google

5. §. 2. & per homines à ſe delectos opus la-
ſiſſimum perfecit : cui operi (ut facile eſt in-
s addere) poſteriorum induſtria multa addi-

## Humberto, quinto Generali Prædicatorum. 1245.

Frater Humbertus patria Viennenſis natione
Gallus, quintus Generalis Ordinis Prædicato-
, æqualis fuit Hugonis, quem etiam traxit ad
inem S. Dominici. Scripſit multa utilia, & valı-
ia, videlicet.

*Expoſitionem Regulæ ſancti Auguſtini.*
*Librum de ſeptem gradibus contemplationis.*
*Librum de votis eſſentialibus religioſorum.*
*Librum de eruditione Concionatorum.*
*Alium de officiis Ordinis Prædicatorum à Generali*
*ue ad Janitorem.*
*Alium de vitis primorum Patrum ſui Ordinis.*
Denique *ſermones multos* valdè utiles, qui nuper,
eſt, anno 1603. recuſi ſunt Venetiis.

## De Matthæo Pariſienſi. 1245.

Matthæus Paris, ſive potius Pariſienſis (ſic enim
vocatur in ipſo ejus libro, & in indice libri)
t Monachus Albanenſis in Anglia tempore Hen-
i tertii Regis Anglorum. Scripſit *hiſtoriam An-
icanam à Willelmo I, uſque ad annum triceſimum
uintum Henrici tertii*, id eſt, ab anno Domini
067. uſque ad annum 1250. & hoc ipſo anno ha-
entur hæc verba, [Hic terminatur fratris Mat-
hæi Pariſienſis Monachi S. Albani Chronica.] &
bidem inſinuatur ejus mors. Continuavit autem
liquis alius uſque ad obitum Henrici tertii, id
ſt, ad annum Domini 1273.



Digitized by Google

Obſervatio.

Hæc hiſtoria multa habet ſcitû digna. Pri de rebus Eccleſiaſticis, de Concilio Lugd de diſſidio inter Eccleſiam, & Imperium. Se niam edita eſt ab hæreticis Tigurinis, caute da eſt: non pauca enim leguntur tum in li bro, tum in notis marginalibus, quæ viden dita ab hæreticis, ad invidiam conflandam E ſiæ Romanæ.

## *De Martino Polono.* 1250.

MArtinus Polonus natione, Monachus pro ſione, Archiepiſcopus dignitate, & Pœ tiarius Innocentii quarti Pontificis, ſcripſit C *nicon*, in quo breviter res geſtas Pontific Imperatornm perſequitur uſque *ad ſua tem* id eſt, uſque ad Honorium quartum, qui cœpit ad annum Domini 1285. quem aucto hoc meo libro non poſuiſſem, niſi citaretur ſtoricis Magdeburgenſibus, atque ab aliis hæ cis: fuit enim Martinus vir *ſimplex*, & fabu pro hiſtoriis obtrudit, qualis in primis eſt illa Joanne Papa femina. Quod enim Magdeburg dicunt, hanc narrationem de Joanne femin ri apud Marianum Scotum, & Sigebertum Martinum Polonum præceſſerunt, falſum eſt oſtendi in lib. 3. de ſummo Pontifice cap. 24. in impreſſis codicibus Mariani, & *Sigeberti* fit hæc fabula ex Martini Poloni libro; ſed in tiquis manuſcriptis non habetur.

## *De Vincentio Bellovacenſi.* 1250.

VIncentius Bellovacenſis ex Ordine Prædica torum, vixit tempore Innocentii quarti Pon tificis. Scripſit opera laborioſiſſima, ac præſertim

*ſpecula*, *Doctrinale*, *Hiſtoriale*, *Naturale*, & ...*rale*.

...*rinale ſpeculum* continet lib. 17. & tractat ...nibus ſcientiis à Grammatica uſque ad Theo...

...i.

...*oriale ſpeculum* tradit hiſtorias ab initio mun... ...ue ad annum Domini 1244. ſed continuavit ...s alius uſque ad annum Domini 1494.

...*turale ſpeculum* continet libros 32. & tractat ...ous omnibus, herbis, avibus, &c. & in ulti... ...oro de locis, & temporibus, & ſua tempo... ...it fuiſſe anno Domini 1250.

...*rale ſpeculum* continet libros tres, diviſos in ..., & diſtinctiones & tractat de paſſionibus ..., de legibus, de gratia, de vitiis, & virtuti... ...opioſiſſimè. Obiit autem anno Domini 1256. ...Antonio Senenſi in Bibliotheca Ordinis Præ... ...orum, qui Vaſeum teſtem adducit.

...e ſpeculo morali, vide infrà, ubi de S. Thomæ ...tis differimus.

## *De Henrico Card. Epiſcopo Hoſtienſi.* 1261

...Enricus natione Gallus hortatu Alexandri ...Papæ quarti ſcripſit *in epiſtolas decretales* ac...itam expoſitionem. Scripſit celebrem *ſummam* ...ta eruditione canonica plenam. Hic ab Ur...o Papa quarto Card. Epiſcopus Hoſtienſis crea..., vixit uſque ad annum Domini 1281.

## *De Guidone Papa.* 1265.

...Uido Groſſus patria Narbonenſis, qui poſtea ...fuit Clemens Papa quartus, dum in minori...s eſſet, ſcripſit *plurima ad Jus civile pertinentia*, ...jus juris conſultiſſimus erat. Scripſit etiam *in* ...*imum*, & *ſecundum Decretalium*. Obiit anno



Digitized by Google

Domini 1268. piè, & ſanctè, ut ſemper vixera

### *De Roberto Sorbona.* 1265.

RObertus Sorbona tempore ſancti Ludovici Re-gis Francorum, vir multæ doctrinæ, & pietatis, quique Collegium Sorbonæ toto orbe celeberrimum Pariſiis inſtituiſſe dicitur. Scripſit opuſcula nonnulla, ut de *Conſcientia*, *De Confeſſione*, *De itinere ad Paradiſum*, quæ extant tomo 5. Bibliothecæ ſanctorum Patrum edit. 2.

### *De Alberto Magno.* 1265.

ALbertus ob ſapientiam ſingularem cognomentо Magnus, natione Suevus, profeſſione Religioſus Ordinis ſancti Dominici, dignitate Epiſcopus Ratiſponenſis, ad quam dignitatem ab Urbano IV. Pontifice aſſumptus fuit. Scripſit plurima opera tum Philoſophica, tum Theologica, ac omiſſis philoſophicis, extat *ſumma Theologiæ*, ſed imperfecta.

*Commentaria in libros ſententiarum.*
*Commentaria in 12. Prophetas minores.*
*Commentaria in quatuor Evangelia.*
*De quatuor coævis liber unus.*
*De virtutibus liber unus.*
*De adhærendo Deo liber unus.*
*Compendium Theologicæ veritatis lib. 7.*
*Enchridion de veris, perfectiſque virtutibus.*

Multo plura tribuuntur Alberto à venerabili Fratre F. Antonio Senenſi in Bibliotheca Prædicatorum, & aliis. quæ, an extent, ignoto. Obiit autem Magnus Albertus anno Domini 1280.

### Obſervatio.

Inſcribuntur libri duo, unus de mirabilibus, alter de ſecretis mulierum, Magno Alberto. S

que liber indignus eſt, qui tanto Viro tribu: nam ſuperſtitioſa quædam continent, & mu ana.

## *De Thoma Cantipratenſi.* 1265

Homas Cantipratenſis, quem alii Gulielmu alii Henricum appellarunt: fuit natione Br itinus, profeſſione Religioſus ſancti Dominic nitate Epiſcopus ſuffraganeus Archiepiſcopi C racenſis, & auditor Alberti Magni, ut ipſe i ere ſuo teſtatur, libro ſecundo, cap. ultimo m. 50. condiſcipulus ſancti Thomæ Aquinatis em nobilem adoleſcentem vocat lib. 1. cap. 2c ɔ1. Scripſit utiliſſimum *opus de proprietatibus apum obus libris comprehenſum*, in quo ſub figura apun ulta ſcribit de officio Prælatorum, & ſubdito m: & miracula, atque exempla ſui temporis ve fideliterque deſcribit. Editum eſt hoc opus Dauc ıno 1597. cum annotationibus, & vita auctoris Scripſit præterea idem auctor *vitam Beatæ Chri næ mirabilis*, quæ extat apud Surium, menſ ınio, die viceſimo tertio, & vitam ſanctæ Lud ırdis, quæ extat apud eundem, menſe eodem e ſexto decimo: & addidit unum librum ad vi m ſanctæ Mariæ de Oegnies. Scripſit autem mag ɔ labore, & longo tempore *librum de natura re um*, cujus ipſe meminit in præfatione libri de pro ietatibus apum. Sed hoc opus tam laborioſur ɔn videtur extare. Dicitur denique hic idem au or in gratiam ſanctæ Thomæ vertiſſe Ariſtot m è Græco idiomate in Latinum, de qua onſulat lector vitam hujus auctoris præpoſita bris de proprietatibus apum.



Digitized by Google

*De S. Thoma Aquinate.* 1265.

SAnctus Thomas Aquinas, natione Italus, patria Neapolitanus, profeſſione Religioſus Ordinis Prædicatorum, Illuſtris genere, ſed illuſtrior ſanctitate, & ſapientia: natus eſt anno Domini 1224. & obiit anno 1274. quo anno obiit etiam ſanctus Bonaventura, ejus amiciſſimus, ſed hic menſe Martio, ille menſe Julio.

Ejus opera (ut ſanctus Hieronymus de ſancto Cipriano ſcripſit) Sole ſunt clariora, ut ſupervacaneum videatur eorum indicem texere. Deſcribam eorum indicem ex Romana editione, quæ juſſu Pii quinti Pontificis maximi confecta cenſetur omnium optima. Tomi ſunt ſeptemdecim.

Primus tomus continet *vitam B. Thomæ, & Commentaria in libros Perihermenias, & Poſteriorum analyticorum.*

Secundus tomus continet *Commentaria in libros octo Phyſicorum, in lib. 4. de cælo & mundo, & in lib. 2. de generatione.*

Tertius tomus continet *Commentaria in lib. 4 Metheororum, in lib. de anima, & in parva naturalia.*

Quartus tomus continet: *Commentaria in libro 12. Metaphyſicorum, Tractatum de ente, & eſſentia cum Commentariis Card. Caietani &, Expoſitionem in librum de cauſis.*

Quintus tomus continet, *Commentaria in libros 10. Ethicorum, & in libros 8. Poleticorum.*

Sextus tomus continet *Commentaria in primum & ſecundum ſententiarum.*

Septimus tomus continet *Commentaria in tertium & quartum ſententiarum.*

Octavus tomus continet *Quæſtiones diſputatas & Quodlibeta.*

Nonus tomus continet *Summam contra gentiles*

Digitized by Google

*Commentariis Franciſci Ferrarienſis.*

Decimus tomus continet *Primam partem ſum- Theologiæ cum Commentariis Card. Caietani, & ſitionem ſancti Dionyſii de divinis nominibus.*

Undecimus tomus continet *Primam ſecundæ, Secundam ſecundæ cum Commentariis Cardinalis etani.*

Duodecimus tomus continet *Tertiam partem Commentariis Card. Caietani.*

Tertius decimus tomus continet *Commentarium Job: in primum quinquagenam Pſalmorum, in tica canticorum, in Iſaiam, in Hieremiam,* & *enos.*

Quartus decimus tomus continet *Commentaria Matthæum, & in Joannem.*

Quintus decimus tomus continet *Auream cate- ex Patribus contextam in quatuor Evangelia.*

Sextus decimus tomus continet *Commentaria in tes epiſtolas S. Pauli, & ſermones de tempore, de Sanctis.*

Septimus decimus tomus continet *Septuaginta opuſcula,* & *Scriptum ſecundum in quatuor li- ſententiarum ad Anibaldum Cardinalem.*

## Obſervatio prima in opera S. Thomæ.

PRæter libros in editione Romana numeratos feruntur ſub nomine S. Thomæ Commenta- in Geneſim, & in libros Machabæorum, & in tem Epiſtolas canonicas. Sed Commentarium Geneſim à S. Antonio tertia parte ſummæ hi- rialis tit. 18. cap. 10. rejicitur, ut ſpurium. Scri- quidem Antonius Senenſis in Bibliotheca Or- nis Prædicatorom à S. Antonino rejici Com- entarium in Geneſim, quod tunc extabat: non ud, quod nuper inventum, & editum eſt. Sed

Digitized by Google

cùm ego Commentarium neutrum viderim, poſſum de hac re ferre judicium. De Commtario in libros Machabæorum Lutertiæ excuſo, habeo, quod dicam, quia Commentarium il non vidi. Commentaria verò in epiſtolas cancas videntur mihi erudita, & digna ingenio S. Thmæ, præſertim cum in iis cernatur ſtylus, & modus procedendi S. Thomæ. Neque obſtat, qui in editione Romana hoc opus non recenſeat. Siquidem eo tempore hoc opus nuſquam inveniebatur, & primum in lucem prodiit Antverpiæ anno 1592.

## Obſervatio ſecunda.

Ex opuſculis, quæ S. Thomæ tribuuntur, aliqua ſunt, quæ non eſt certum eſſe germana ejus opera; quę quia in editione Romana notata ſunt diverſitate characteris; de illis nihil dicam. In aliis unum eſt, quod inſcribitur de Regimine Principum ad Regem Cypri: quod mihi multis de cauſis ſuſpectum ſemper fuit. Primum quia lib. 3. cap. 20. ſcribit auctor hujus operis ſuo tempore accidiſſe, ut Adolphus Imperator Rodulpho, & Albertus Adolpho ſuccederet. At S. Thomas obiit anno 1274. Adolphus autem Rodolpho ſucceſſit anno 1292. & Albertus Adolpho anno 1299. poſſet quidem fieri, ut iſta verba ex margine annotata ab aliquo poſteriore in textum irrepſerint: ſed oratio continuata non videtur admittere iſtam reſponſionem deinde lib. 3. cap. 10. non ſemel vocat iſte auctor ſummum Pontificem Chriſti ſucceſſorem, quod impropriè dictum eſſe nemo neſcit qui Chriſtum Pontificem æternum eſſe novit, cui nemo ſuccedit, ſed omnes miniſtrant: at S. Thomas ita impropriè loqui non ſolet. Præterea iſte auctor ſtylum habet à ſtylo S. Thomæ valdè di-

Digitized by Google

am : hic enim preſsè, & breviter ſcribit, &
ta paucis Complectitur; ille contra verbis abun-
, & pauca multis explicat. Adde quod hic au-
non pauca levia profert, de nominibus magi-
.uum lib. 3. cap. 22. & lib. 4. cap. 26. quæ S.
omæ nunquam excidiſſent. Quæ cauſæ fortaſsè
unt, ut in editionæ Lovanienſi anni 1562. li-
iſti de regimine Principum inter opuſcula S.
omæ adſcripta non inveniantur. Adde ultimo,
n S. Thomas ſcripſerit ſeptem libros de erudi-
ne Principum planè utiliſſimos, qui habentur
r opuſcula Romæ edita, non videbatur neceſ-
um, ut ſcriberet etam de regimine Principum.

## Obſervatio tertia.

Mirum eſt valdè, quod magna pars primæ ſe-
ndę, & ſecundæ ſecundæ inveniantur iiſdem
bis in primo, & tertio libro ſpeculi moralis Vin-
ıtii Bellòvacenſis, & quidem non videtur Vin-
ıtius potuiſſe ſpeculum ſuum morale conficere
doctrina & verbis S. Thomæ, cùm ipſe obierit
no Domini 1256. ut teſtatur Antonius Senenſis
Vaſæo, in Bibliotheca Patrum Prædicatorum;
S. Thomas obierit anno Domini 1274. & in
trema ætate ſummam Theologiæ confecerit. Sed
que eſt ullo modo credibile S. Thomam ſum-
æ ſuæ partem ſecundam, eamque nobiliſſimam
alio ſcriptore hauſiſſe. In his anguſtiis nihil mi-
occurrit, niſi ſpeculum illud morale fortaſsè
on eſſe Vincentii Bellovacenſis, ſed alicujus au-
oris poſterioris, qui fortaſsè Vincentius etiam
ceretur, quique ſecundam partem S. Thomæ in
ompendium redigere voluerit. Id quod videtur
oſſe confirmari ex eo quòd ſpeculum morale gra-
ius multo eſſe videtur, quàm ſint ſpeculum do-

Digitized by Google

ctrinale, naturale, & hiſtoriale, quæ tria ſin lo dubio ſunt Vincentii Bellovacenſis.

## *De ſancto Bonaventura.* 1265.

SAnctus Bonaventura natione Italus, patri neoregienſis, Ordinis S. Francici Miniſte neralis, ac poſtea Albanenſis Epiſcopus, & dinalis à Gregorio decimo creatus non in Pentecoſtes, & in Lugdunenſi Concilio, ut ſcribunt, ſed ante Concilium, & fortè in qua temporibus Decembris anni 1273. Nam in Concilio Lugdunenſi, quod Romæ nuper e tum invenitur S. Bonaventura Cardinalis reſide cum cæteris in prima ſeſſione: prima autem ſeſſio celebrata eſt anno 1274. die 7. Maii, triduo ante Aſcenſionis feſtum. Vir fuit ſanctiſſimus, & doctiſſimus, & multa ſcripſit, quæ Romæ edi ſunt juſſu Sixti V. Pontificis, in octo tomos di ſtributa.

Primo tomo continentur, *Principium ſacræ Scri turæ, Expoſitio in Examerou*, id eſt, *ſermones ginti tres in diverſa loca Examerou* ex ore dicenti ab auditoribus excerpta. *Expoſitio* item *in Pſal rium, in Eccleſiaſten, in Sapientiam, in Lamen tationes Hieremiæ Prophetæ.*

Secundo tomo continentur, *Expoſitio in capu ſextum Matthæi, Expoſitio in Evangelium* S. Lu *Poſtilla in Evangelium ſanctis Joannis, & Colla nes in eundem.*

Tertio tomo continentur, *Sermones de tem & de Sanctis.*

Quarto tomo continentur, *Commentaria in p mum & ſecundum librum Magiſtri Sententiarum*

Quinto tomo continentur, *Commentaria in ter tium, & quartum librum Sententiarum.*

Sexto tomo continentur *prima, & ſecun*

Digitized by Google

*opuſculorum*; videlicet *prima pars* quæ eſt.

*eductione artium ad 'eologiam*
*'iloquium.*
*iloquium.*
*'etra.*
*'aratio terminorum heologiæ.*
*ıcipium compendioſum ' libros Sententiarum*
*tuor libri Sententiaım carmine digeſti.*
*De quatuor virtutibus Cardinalibus.*
*De ſeptem donis Spiritus ſancti.*
*De tribus ternariis peccatorum.*
*De reſurrectione à peccato ad gratiam.*
*Dieta Salutis.*
*De Eccleſiaſtica Hierarchia,*

## Secunda Pars.

*loquium.*
*meditatione vitæ Doıini noſtri Jeſu Chriſti*
*ellus meditationum.*
*ſeptem gradibus conemplationis.*
*quinque feſtivitatibus 'ueri Jeſu.*
*'cium de Paſſione Doıinica.*
*ſancta Cruce laudatio.*
*ŗnum Vitæ.*
*'culum de laudibus B. Mariæ.*
*De Corona Beatæ Mariæ.*
*De compaſſione ejuſdem.*
*Philomela paſſioni Domini aptata per ſeptem horas.*
*De ſeptem verbis Domini in cruce.*
*Pſalterium B. Mariæ majus.*
*Pſalterium ejuſdem minus.*
*In Salutationem Angelicam,*
*In Salve Regina.*

ſeptimo tomo continetur *pars tertia opuſculorum*, æ eſt.

*inſtitutione vitæ Chriſtianæ.*
*regimine animæ.*
*eculum animi.*
*De decem præceptis.*
*De gradibus virtutum.*
*Itinerarium mentis in Deum.*

Digitized by Google

*De ſeptem itineribus æternitatis.*
*Stimulus divini amoris*
*Parvum bonum, ſive incendium amoris.*
*Amatorium.*
*Exercitiorum ſpiritualium libellus.*
*Facicularius.*
*Viginti quinque memoria-lia.*
*Confeſſionale.*
*De Ratione confi[...]*
*De puritate conſci[...]*
*De præparatione S[acer]dotis ad Miſſam.*
*Expoſitio Miſſæ.*
*De ſex alis Cherub[...]*
*De ſex alis ſeraph[...]*

Octavo tomo continetur *pars quarta opuſcu-rum*, quæ eſt.

*De triplici ſtatu Religioſorum.*
*Speculum diſciplinæ propter novitios.*
*Viginti paſſus Novitiorum.*
*In Regulam Novitiorum*
*De proceſſu Religionis.*
*De contemptu Seculi.*
*De reformatione mentis.*
*Alphabetum parvum boni Monachi.*
*De perfectione vitæ ad Sorores.*
*Declaratio Regulæ Minorum.*
*Quæſtiones circa eandem Regulam.*
*Quare Fratres Minores prædicent, &c.*
*De paupertate Chriſ[ti]*
*Quod Chriſtus, & [Apo]ſtoli nudis pedibus [ince]debant.*
*Apologia Evangelicæ p[au]pertatis.*
*Contra calumniatore[s] Regulæ Franciſcanæ*
*Apologeticus in eos, [qui] Ordini Minorum [ad]verſantur.*
*De non frequentand[is] quæſtionibus.*
*Collationum libellus [ad] Fratres.*
*De reformandis Fratr[ibus.]*
*Ad miniſtros Pro[vin]ciales.*
*Appendix continet Compendium Theologiæ.*
*De eſſentia, inviſibilitate, & immenſitate Dei.*
*De myſtica Theologia.*

Obi[...]

Digitized by Google

it vir ſanctus Deo, & hominibus amabilis anno Domini 1274. Menſe Julio, die quinma, quæ erat Dominica, ſub auroram, in ilio Lugdunenſi, ut in ipſo Concilio legitur.

## *De Petro Tarantaſienſi.* 1265.

.trus Tarantaſienſis Ordinis ſancti Dominici Cardinalis Hoſtienſis à Gregorio decimo Poncum S. Bonaventura creatus, ipſi Gregorio :dens, & Innocentius quintus appellatus, quinenſe obiit, anno Domini 1276.
ripſit *in quatuor libros Sententiarum*, dicitur n ſcripſiſſe *in Pentateuchum*, *in Pſalmos*, *in ngelium Lucæ*, *& in epiſtolas ſancti Pauli*; *& que Compendium Theologiæ.* Non defuerunt, pluſquam centum propoſitiones ejus reprehen:nt: ſed juſſu Joannis Vercellenſis Magiſtri ieralis Ordinis Prædicatorum à ſancto Thoma :nſæ ſunt, ut ex opuſculo ejus perſpicuum eſt.

## *De Henrico Sterone.* 1265.

HEnricus Stero Monachus Chronicon ſcripſit *ab anno primo Frederici primi*, *uſque ad Rophum Aſpurgium*, id eſt, ab anno Domini 1152 ue ad annum 1273. vide Henricum Caniſium no 1. antiquæ lectionis

## *De Udalrico Argentinenſi.* 1280.

UDalricus de Argentina Ordinis Prædicatorum, & Alberti Magni auditor, ſcripſit *in ros quatuor Magiſtri Sententiarum*: *& ſummam heologiæ ac librum de anima*, claruit anno Domii 1280.



Digitized by Google

## *De Ruperto de Ruſſia.* 1280.

RUpertus, ſive Robertus de Ruſſia Ordinis M norum claruit eodem tempore, & circa a num Domini 1280. ſcripſit *Commentaria in q tuor libros Sententiarum : Expoſitionem Regul Franciſci, & librum de anima.*

## *De Gulielmo Durante.* 1280.

GUlielmus Durantes, dictus ſpeculator, n tione Vaſco, Epiſcopus Mimatenſis, jure co ſultus inſignis, ſcripſit *Speculum in tria volum diſtinctum ad Cardinalem Othobonum*, qui fuit po ſtea Hadrianus Papa quintus. Scripſit etiam *ratio nale divinorum officiorum libris octo, & Reperto rium juris*, & *Commentaria in Canones Concil Lugdunenſis.* Vivebat tempore Nicolai III. Ponti ficis anno Domini 1280.

## *De Guidone Archidiacono.* 1283.

GUido Baiſius Archidiacous Bononienſis, ſcrip ſit *Commentarium in decretum Gratiani*, quod *Roſarium* appellavit. Scripſit etiam *in epiſtolas De cretales.* claruit anno 1283.

## *De Ægidio Romano.* 1290,

ÆGidius Romanus ex nobili familia Colum nenſium, Ordinis S. Auguſtini Prior genera lis, ac poſtea Archiepiſcopus Bituricenſis, S. Tho mæ auditor, & ejus doctrinæ defenſor acerrimus plurima ſcripſit tum Philoſophica, tum Theologi ca; ſed magna ex parte non extant, niſi manu ſcripta in variis Bibliothecis. Quæ extant Theolo gica impreſſa, hæc ſunt.

*In primum & ſecundum Sententiarum Commen taria.*

*In Examerou libri duo.*

Digitized by Google

*In Cantica Canticorum lectiones novendecim.*
*In Epiſtolam ad Romanos lectiones.*
*In cap. Firmiter, & in cap. Marthæ expoſitio.*
*In Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam explanatio.*
*Tractatus de corpore Chriſti, de diſtinctione articulorum Fidei & de arca Noë.*
*Theoremata de Sacramento altaris, & de corpore Chriſti.*
*Tractatus de renunciatione Papæ.*
*Libellus ſcriptus occaſione Clerici minus ſufficientis ad Subdiaconatum promoti.*
*Quomodo Reges poſſint bona Regni Eccleſiis elargiri.*
*De Regimine Principum libri tres Quodlibeta.*
*Tractatus contra exemptos. De divina influentia in beatos.*
*De laudibus divinæ ſapientiæ. De defectu malorum culpæ.*
*De prædeſtinatione, præſcientia, paradiſo, & inferno.*
*De peccato originali.*
*Caſtigatorium in corruptorium librorum Thomæ Aquinatis.*

Extat etiam *manuſcriptus liber*, quem ego vidi. *De poteſtate Eccleſiaſtica.*

Ex Philoſophicis hæc habentur typis mandata.

*In Metaphyſicam Ariſtotelis expoſitio.*
*In ejuſdem libros de anima*
*In ejuſdem libros de generatione.*
*In ejuſdem libros Priores analyticos.*
*In ejuſdem libros Rhetoricorum.*
*De materia cœli.*
*De formatione corporis humani.*
*Super auctorem libri de cauſis.*
*De eſſe, & eſſentia.*
*De motu Angelorum.*
*De menſura Angelorum.*
*De cognitione Angelorum.*



Digitized by Google

Sed hi tres poſtremi tractatus poſſunt inter ra Theologica numerari. Floruit hic auctor annum Domini 1290.

## Obſervatio.

Opuſculum in orationem Dominicam, & tationem Angelicam, & tractatus de corpore ſti: non ſunt omninò certa opera Ægidii. citari liber in quartum ſententiarum nomine Æ ut etiam liber de intellectu poſſibili contra A roem, & de gradibus formarum; ſed, utru libri extent, ignoro.

## *De Raymundo Lullo.* 1290.

Raymundus Lullus ex inſula Majorica, tempore Philippi Pulchri Regis Fronco circa annum Domini 1290. Scripſit lingua ſua gari, *multa opera*, quorum aliqua verſa ſu linguam Latinam, ut Ars magna, & parva. H Raymundum Eimericus in directorio Inquiſito ſcribit accuſatum fuiſſe ad Gregorium XI. Pa vel potius accuſata fuiſſe ſcripta ejus, quòd co tinerent pluſquam trecentos errores, & Bernard de Lutzemburgo Raymundum hunc ponit in Catalogo hæreticorum. Contra autem non deſunt, qui eundem Raymumdum colant, ut ſanctum Martyrem, & vocent Doctorem illuminatum, & ſcripta ejus orthodoxa eſſe confirment: de qua re editus eſt liber anno 1604. cùm hac inſcriptione, Sententia definitiva in favorem Lullianæ doctrinæ juris ordine, & Apoſtolica auctoritate lata, & in veritatis triumphum, inque glorioſæ vinditationi memoriam, denuo impreſſa, & principalibus re ſcriptis munita. Quid in hac controverſia tenendum ſit, nondum videtur eſſe definitum ab Apoſtolica Sede; cum tam directorium Eimerici, quan

Digitized by Google

illi oppoſitus, publicè, & ſine prohibitione
ır.

## *De Richardo de media Villa.* 1290.

:chardus de media Villa, natione Anglus, Or-
linis S. Franciſci, ſcripſit *in libros quatuor Sen-
ırum* dilucida *Commentaria*, in quibus S. Tho-
lo&trina imitari viſus eſt.
ripſit etiam *in quatuor Evangelia*, & *in Regu-
Fratrum Minorum*, &, *contra Petrum Joan-
librum unum.* Dicitur etiam ſcripſiſſe de Con-
one B. Virginis, & in epiſtolas S. Pauli, &
rdine judiciorum, quod an ita ſit, non mihi
tat.

## *De Henrico Gandavenſi.* 1290.

[Enricus à Gandavo natione Belga Archidia-
conus Tornacenſis, vir doctiſſimus, ſcripſit
*gium opus Quodlibetorum*, Item *ſummam quæ-
ıum ordinariarum.* Item *de Virginitate*, & *Pæ-
ntia.* Denique etiam *Commentaria in libros Phy-
ˑum & Metaphyſicorum Ariſtotelis*, & librum
viris Illuſtribus. Obiit anno Domini 1293.

## *De Joanne Pariſienſi.* 1296.

Oannes Pariſienſis, Ordinis Prædicatorum cla-
ruit circa annum 1296. Scripſit *in quatuor li-
bros Sententiarum.* & *Quodlibeta varia*: ſed præ-
puè *de poteſtate Regia*, & *Papali*, & quoniam
cidit in tempora turbulenta ob diſcordiam inter
onifacium VIII. Pontificem, & Philippum Pul-
ırum Regem Gallorum; & ipſe Pariſiis agebat,
docebat, videtur propenſior fuiſſe erga Regem,
uam erga Pontificem.



Digitized by Google

*De Dino Mugellano.* 1299.

DInus Mugellanus ſcripſit *in titulum de re-lis juris in ſexto.* Claruit tempore Boni-Papæ VIII. anno 1299.

## SECULUM DECIMUM QUARTU

### Ab Anno 1300. ad 1400.

*De Joanne Duns Scoto.*

JOannes Duns Scotus, Ordinis Minor-um, vir fuit acutiſſimo ingenio prædi-tus, & cùm docuiſſet primum Oxonii, deinde Pariſiis, immatura morte diem extremum obiiſſe dicitur anno Domini 130. Scripſit hæc.

*Scriptum Oxenienſe in quatuor libros Sententia-rum.*

*Scriptum Pariſienſe in eoſdem libros.*

*Librum quodlibetorum.*

*Librum Collationem Pariſienſium.*

*Librum de primo principio rerum.*

*Librum Theorematum.*

*Librum de cognitione Dei.*

*Tetragrammata quædam,*

*Sermones de tempore, & de Sanctis.*

*Commentaria in Geneſim, in Evangelia, & in Epiſtolas, valdè obſcura.*

Item in Philoſophicis.

Scripſit *Quæſtiones in Prophirium*, Item *in Ari-ſtotelis prædicamenta, Perihermenias, Priora, Po-ſteriora, Elenchos, de anima Metaphyſica, & Phy-ſica.*

Digitized by Google

*De Auguſtino Anconitano.* 1301.

Jguſtinus Triumphus, patria Anconitanus, roſeſſione religioſus ſancti Auguſtini, vir pius Ɛtus, floruit ad initium anni 1300. ſed obiit 1328. cùm eſſet annorum octoginta quinque inſcriptione ſepulchri ipſius conſtat, quod ur Neapoli in Eccleſia Fratrum Eremita- ſancti Auguſtini. Scripſit *egregiam ſummam teſtate Eccleſia*, quæ extat Romæ edita anno . Scripſit etiam *Commentarium in Canticum e Virginis Mariæ*, quod extat Romæ excuſum 1590. ſcripſit *plurima alia tum in ſanctam turam, tum etiam in Magiſtrum Sententiarum, etiam in Ariſtotelem, & ſermones, ac tractatus s*, qui extare dicuntur in Bibliotheca Vaticana.

*De Barlaamo.* 1303.

Arlaamus Epiſcopus Hieracenſis, vixit circa ınnum Domini 1303. & ſcripſit *Epiſtolas mul- d Græcos de unione cum Eccleſia Romana*, quas it Henricus Caniſius num. 6. antiquæ lectionis.

*De Siffrido.* 1305.

ffridus Presbyter Miſnenſis eodem tempore ſcripſit *Epitomen hiſtoriarum libris duobus com- enſam ab anno Domini* 458. *uſque ad annum iini* 1307. Extat hoc opus impreſſum cum aliis ɔricis Germaniæ.

*De Nicephoro Calliſto.* 1305.

Nicephorus Calliſtus hiſtoricus Græcus, vixit tempore Andronici enioris Imperatoris cui icavit hiſtoriam ſuam: proinde vixit poſt an- n Domini 1300. *Hiſtoria*, quæ nunc extat Ni-

Digitized by Google

cephori Calliſti, continetur *libris octodecim*, *incipit à nativitate Chriſti*, *ac definit in annum* *dem* 625. Credibile autem eſt, multò plures libros ſcriptos fuiſſe, ſed periiſſe.

Porrò in hiſtoria hujus auctoris, ut Græci Schiſmatici, non mirum videri debet, ſi inveni- tur errores proprii Græcorum, ut de proceſſi- Spiritus ſancti à ſolo Patre, in ipſa præfatio- Magis mirum eſt, inveniri non paucos errores rebus hiſtoricis, ut ex Annalibus Card. Baro- conſtat.

### *De Eberardo.* 1305.

EBerardus Archidiaconus Ratiſponenſis ſcrip- *chronicon ab anno* 1273. *uſque ad annum* 13 Vide Henricum Caniſium primo tomo anti- lectionis.

### *De Ediota.*

IDiota, nomine proprio ex humilitate ſuppr- ſcripſit libros quinque contemplationum va- pios, & eruditos. Item regulas duodecim vitæ C- ſtianæ, breves annotationes in Pſalmum quint- decimum, libellum contemplationum de B. V. M- ria; qui libri extant in Bibliotheca ſanctorum P- trum tomo 11. editionis ſecundæ. Quando floru- rit ignoramus. Ego in prima editione ſecutus ali- rum judicium poſui hunc auctorem ad initium ni 900. Sed poſtea legens diligentius ejus ſcri- animadverti illum eſſe multo poſteriorem. N- in procæmio libelli de B. Virgine citat verb- Bernardi ex ſermone 2. ſuper miſſus eſt Ang- & in libro quinto Contemplationum cap. 7. ſuo tempore Eccleſiam fuiſſe redactam ferè ad gulum Occidentalem. Et cap. 11. utitur phra- Scholaſticorum, & in libro de B. Virgine ci-

Digitized by Google

. diſputat de conceptione immaculatæ Beatæ ;inis Mariæ, quæ quæſtio poſt ſcoti tempora ime invaluit.

*lditio.* Floruit hic Idiota circa initium ſeculi ni quarti, illique nomen erat *Raymundus Jor-s*, quod Pater Theophilus, Winand Jeſuita, i decimi ſeptimi egregius ſcriptos, adinvenit docet illum fuiſſe Canonicum Regūlarem, icenſem in Occitania, ac demum Abbatem ;ò *de Selles* in Provincia Pituricenſi. Illius ı denuò excuſa ſunt Pariſiis anno 1654. in uno nine in quarto, ac continent tractatus ſexde-

## *De Petro Aureolo.* 1317.

:trus Aureolus Ordinis Minorum, ex Pro-inciali Aquitaniæ Archiepiſcopus Aquenſis, it anno Domini 1317. & multa ſcripſiſſe dici-ſed *Commentarium in primum librum ſenten-m*, idque ſolum Romæ impreſſum vidi anno

:antur multa ex Aureolo apud Joannem Ca-um, ſed ea typis mandata non extant.

## *De Antonio Andreæ.* 1317.

Ntonius Andreæ, natione Aragonius, Ord. . Franciſci, Scoti diſcipulus, ſcripſit *in qua-libros ſententiarum* : quod ſcriptum editum eſt ıtiis anno 1578.

## *De Durando à ſancto Portiano.* 1320.

Urandus à ſancto Portiano, natione Gallus Ordinis Prædicatorum, & Epiſcopus Melden-Theologus inſignis, ſcripſit *in quatuor libros iſtri ſententiarum Commentaria* ſatis dilucida,

Digitized by Google

in quibus quamvis nonnulla ſcripſerit, quæ communi Doctorum ſententia adhorrent, quæ etiam ab Ecclefia improbata ſunt: ipſe tamen præfatione commentarii ſui in Magiſtrum, diſertis verbis aſſeruit ad Eccleſiam Catholicam Romanam pertinêre judicium de doctrina, ſeque omnia ſua ſcripta ejuſdem Eccleſiæ cenſuræ ſubmittere.

Scripſit etiam *librum* egregium *de origine jurisdictionum*. Floruit circa annum Domini 1320.

## *De Herveo Natali.* 1320.

HErveus Natalis Brito, Ordinis Prædicatorum Magiſter generalis, & Durandi æqualis, ac Theologus doctiſſimus. Scripſit *in Epiſtolas S. Pauli* quod opus habentur inter opera ſancti Anſelmi, ut ſuprà diximus.

Scripſit etiam *in quatuor libros Magiſtri ſententiarum.*

Item ſcripſit *tractatum de poteſtate Papæ.*

*Alium de Sacramentis.*

*Alium de Chriſti, & Apoſtolorum paupertate.*

*Alium de utraque poteſtate Papali, & regali.*

*Alium de beatetudine.* Item *ſcripſit Quodlibeta.*

Item *librum adverſus Durandum, in iis, in quibus à ſancto Thoma diſſentit.*

Et ſeorſim *librum de unitate formarum contra eundem.*

Nec non libros aliquot contra *Henricum à Gandavo.*

Et multa alia Philoſophica ſcripſit.

*De Materia cæli. De æternitate mundi. De voluntate. De ſecundus intentionibus.* Denique ſcripſit *de Verbo. De motu Angeli. De relationibus.*

Obiit anno Domini 1325.

Digitized by Google

*De Franciſco Mayrone.* 1320.

Ranciſcus Mayronis natione Scotus; profeſſio-
ne Religioſus Ordinis S. Franciſci, Scoti diſ-
ılus, vixit tempore Joannis XXII. Papæ anno
mini 1320.
cripſit *Commentaria in libros quatuor Magiſtri*
*tentiarum.*
tem *Quodlibeta. Formalitates, De primo principio.*
*De expoſitione divinorum nominum. Et de univo-*
*ione.*
Quæ omnia ſimul edita ſunt Venetiis anno 1520.
1556.
Scripſit præterea *Quadrageſimale*, & *Sermones de*
*ctis.*
tem *de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum.*
*De virtutibus, & vitiis capitalibus.*
*De articulis fidei. De Baptiſmo. De humilitate.*
*De Indulgentiis. De corpore Chriſti. De Angelis.*
*De ſuffragiis defunctorum. De pœnitentia.* De
*nio.*
*De ultimo judicio. De ſeptem donis Spiritus ſancti.*
Quæ omnia jam olim impreſſa fuerunt Baſileæ.

*De Gulielmo Ockam.* 1320.

Ulielmus Ockam natione Anglus, Ord. Mi-
norum, Scoti diſcipulus, & æqualis Franciſci
ayronis, vir doctus, ſed fautor Ludovici Impe-
oris IV. nimis ardens, ob quam cauſam in ali-
os errores lapſus meruit, ut in Indice librorum
hibitorum ejus nomen poneretur. Scripſit *in*
*tuor libros Magiſtri ſententiarum.*
*rum Quodlibetorum. De fautaribus hæreticorum.*
*Sacramento altaris. Compendium Theologiæ.*
*actibus hierarchicis. De ingreſſu ſcientiarum.*
*paupertate Apoſtolorum.*

Digitized by Google

*De poteſtate Pontificum, & Imperatorum.*

Opus nonaginta dierum, & dialogos, quæ opera cum aliis contra Joannem XXII. ſcripti ter dicta ſunt in Indice librorum prohibitorum.

## *De Monaldo.* 1320.

MOnaldus Dalmata Ordinis Minorum, & poſtea Archiepiſcopus Beneventi, ſcripſit *ſummam juris Canonici*, quæ *aurea* dicitur, & impreſ fuit Lugduni anno Domini 1516.

Scripſit etiam *quæſtiones in quatuor libros ſententiarum & ſermones*. Obiit anno Domini 1332. Martyrio coronatus, apud Saracenos, ut teſtatur Antonius Poſſevinus in apparatu ſacro, tomo ſecundo

## *De Nicolao Lirano.* 1320.

NIcolaus Liranus ex Judaiſmo converſus ad fidem Chriſtianam, & Ordine Minorum aſſumpto, ſcripſit *Commentarium*, ſive *poſtillam in universa Biblia* : quod opus notiſſimum eſt, & recognitum impreſſum eſt Lugduni anno 1590. Scripſit præterea *librum de corpore Chriſti.*

*Sermones de tempore, & de Sanctis.*

*Librum contra Judæos.*

*Commentaria in quatuor libros ſententiarum.*

*Quæſtiones veteris, & novi Teſtamenti.*

*Tractatum de viſione Dei.*

*Expoſitionem decem præceptorum.*

*Tractatum de idoneo miniſtrante, & ſuſcipiente Sacramentum altaris.* Obiiſſe dicitur anno Domini 1349.

Digitized by Google

*De Pelagio Alvaro.* 1320.

Elagius Alvarus, natione Hiſpanus, Religio-ſus Ordinis Minorum, & Epiſcopus Sylvenſis tempore Joannis XXII. Pontificis, circa an-no Domini 1320. cujus Pontificis defenſor acer-rimus fuit.

Scripſit inſigne *opus de planctu Eccleſiæ.*
*Apologiam contra Gulielmum Ockam.*
*Speculum Regum. Et in libros Magiſtri Senten-tiarum.*

*De Petro Bertrando.* 1330.

Etrus Bertrandus Epiſcopus Eduenſis poſtea Cardinalis vir doctiſſimus diſputavit de liberta-te Eccleſiæ contra Petrum de Cugneris coram Philippo Rege Francorum anno 1329. & ea diſ-putatio habetur tomo 4. Bibliothecæ ſanctorum Patrum. Scripſit etiam *reſponſa multa* & *librum* ſive *tractatum de origine & uſu juriſdictionum*, ſive *de ſpirituali & temporali poteſtate*: qui liber extat tum in eodem tomo 4. Bibliothecæ tum etiam ſeorſim impreſſus cum aliis tractatibus.

*De Nicephoro Gregora.* 1330.

NIcephorus Gregoras, hiſtoricus Græcus, vi-vebat anno Domini 1344. ut ex fine operis ejus intelligi poteſt.

Scripſit *libros undecim de rebus Imperii Orienta-lis* ab eo tempore, quo Imperium Orientale deve-nit in poteſtatem Latinorum, & perduxit hiſto-riam uſque ad obitum Andronici junioris, id eſt, ab anno Domini 1200. uſque ad annum Dum. 1344.

*De Petro Paludano.* 1330.

PEtrus Puludanus natione Burgundus, Ord. S. Dominici, Patriarcha Hieroſolymitanus, vir pius & doctus, claruiſſe dicitur anno Domini 1330.



Digitized by Google

tametſi alii eum poſteriorem faciant : ſed n
eum collocant ante annum Domini 1300. nec
annum 1400.

Scripſit *in quatuor libros Magiſtri ſententia*
ſed non extant, quod ſciam, Commentaria e
niſi in tertium, & quartum librum.

Scripſit etiam *tractatum* egregium *de cauſa i*
*mediata Eccleſiaſticæ poteſtatis.*

Scripſit quoque *ſermones de tempore* qui ed
ſunt Antverpiæ anno 1572. multa alia ſcripſiſ
fertur, quæ non extant typis excuſa.

## *De Joanne Villano.* 1330.

JOannes Villanus hiſtoricus Florentinus, vixi
tempore Joannis XXII. Pontificis, & ſucceſſo-
rum ejus Benedicti XII. & Clementis VI. &
obiit anno 1348.

Scripſit *hiſtoriam univerſalem temporis ſui* ſatis
accuratè, quamvis etiam leviter attigerit priora
tempora ab erectione turris Babyloniæ uſque ad ſua
tempora.

Scripſit autem idiomate Italico, & totam hiſto-
riam libris duodecim comprehenſam perduxit ad
annum Domini 1348.

Quamvis autem propoſitum ejus fuerit ſcribere
hiſtoriam civitatis Florentiæ : tamen multa com-
memorat utilia de rebus Eccleſiaſticis, quæ ab aliis
minus fideliter narrata fuiſſe inveniuntur.

## *De Guidone Carmelita.* 1330.

GUido natione Catalanus, Prior generalis Or-
dinis Carmelitani, ac poſtea Epiſcopus Ma-
joricenſis, ſcripſit *ingens volumen de omnibus hæ-*
*ſibus* : quod extat impreſſum Pariſiis. Multa a
ſcripſiſſe fertur, quæ ad manus meas non perve-
nerunt. Claruit anno 1330.

Digitized by Google

De Aſteſano Aſtenſi. 1330.

ſteſanus Aſtenſis ſcripſit *ſummam Caſuum con-ſcientiæ libris octo*, quæ typis mandata fuit Ve-ti. Vivebat anno Domini 1330.

De Adamo Goddam. 1330.

Damus Goddamus Anglus, ſcripſit *Commentaria in quatuor libros ſententiarum*, quæ edita unt Pariſiis anno 1512. Vivebat auctor anno a.

De Landulpho Carthuſiano. 1330.

Andulphus, ſive Ludolphus natione Saxo, profeſſione Carthuſianus, vir valdè pius, ſcrip-*iſtoriam vitæ Domini noſtri Jeſu Chriſti ex Evan-is deprompſtam*. Scripſit etiam *Commentaria in ilmos*, juxta ſenſum præcipuè ſpiritualem. Cla-circa annum Domini 1330.

De Lupoldo Bambergenſi. 1330.

Upoldus Bambergenſis, vir eruditus, æqualis Landulphi Carthuſiani, ſcripſit *librum de juri-Imperii*, in quo multa admiſcet ad hiſtoriam cleſiaſticam utilia.

De Joanne Andræa. 1330.

Oannes Andræas Bononienſis Jureconſultus doctiſſimus floruit tempore Joannis XXII. Papæ, ſed obiit anno 1348. Scripſit *in quinque ros decretalium*, quod opus *Novellas* appellavit. ripſit etiam *Gloſſas in ſextum*, & *Clementinas*. didit quoque ad ſpeculum Gulielmi Durantis.

De Bartholomæo Piſano. 1335.

Artholomæus Piſanus Ordinis Prædicatorum edidit *ſummam*, quæ dicitur *Piſanella*: quam nitatus eſt Angelus de Clavaſio.



Digitized by Google

### *De Joanne Calderino.* 1340.

JOannes Calderinus Bononienſis filius ado-vus Joannis Andreæ, ſcripſit *in libros decre-lium.*

Item *Concilia*, & *Deciſiones*.

### *De Joanne de Baccone.* 1340.

JOannes de Baccone Anglus, & Ordinis Car-melitarum Prior Provincialis, Theologus, & Philoſophus doctiſſimus, floruit tempore Cle-mentis VI. Pontificis, & obiiſſe dicitur anno 1346. Scripſit *Commentaria in quatuor libros Magiſtri ſen-tentiarum*; *Compendium legis Chriſti*; & *Quodlibe-ta*: quæ typis excuſa extant. Alia permulta ſcrip-ſiſſe dicitur, quæ non vidi.

### *De Alberico.* 1341.

ALbericus Roxiatus Bergomenſis, ſcripſit *in ſex-tum Decretalium.*

### *De Simone de Caſſia.* 1340.

SImon de Caſſia, natione Hernicus, Religio-ſus Ordinis S. Auguſtini, admodum pius, vi-xit eodem tempore quo Joannes de Baccone, & obiit Florentiæ anno Domini 1348.

Scripſit *libros quindecim de rebus geſtis Domini Salvatoris.*

Scripſit etiam *librum de ſpeculo Crucis.*

*Librum epiſtolarum ad diverſos.*

Scripſit quoque lingua Italica *libros duos de vita Chriſtiana*, & *expoſitionem Symboli Apoſtolici.*

### *De Henrico Suſone.*

HEnricus Suſo natione Germanus, Ordinis S. Dominici, vir fuit piiſſimus, & devotiſſimus.

Scripſit *horologium Sapientiæ.*

*Librum de novem rupibus.*

Digitized by Google

*Meditationes de paſſione Domini*, & *alia*, vive-
anno 1340.

## *De Roberto Holkoth.* 1349.

Obertus Holkoth, natione Anglus, profeſſio-
ne Dominicanus, Scripſit *in librum ſapientiæ*
*tiones* 213.

tem *lecturam in Cantica Canticorum*: & *in ſep-*
*e priora capita Eccleſiaſtici.*

Scripſit etiam *Commentaria in quatuor libros Ma-*
*ri ſententiarum*, & *alia quadam.* Floruit circa
aum Domini 1349.

## *De Thoma Argentinenſi.* 1350.

Homas de Argentina, natione Germanus,
Ordinis S. Auguſtini Prior Generalis, vixit
mpore Clementis VI. & Innocentii VI. & obiit
ennæ anno 1357.

Scripſit *Commentaria in Magiſtri ſententiarum*
*ros.*

Scripſit etiam *quæſtionum è ſacris Scripturis ſolu-*
*nes.*

*Sermones*, & *epiſtolas*, & *librum Meditationum.*

## *De Nicolao Cabaſila.* 1350.

Nicolaus Cabaſilas Græcus, vixit tempore Joan.
Cantacuzeni Imperatoris, vel potius Tyran-
i. Fuit vir valdè doctus, & Archiepiſcopus Teſ-
lonicenſis, ſed ſchiſmaticus. Scripſit *tomos ſex*
*e vita in Chriſto*, qui latinè impreſſi ſunt Ingol-
adii. Extant etiam *libri de tribus Sacramentis*,
*aptiſmo*, *Unctione*, & *Eucharistia* impreſſi ibidem,
xtat *explicatio Liturgiæ* apud Bignæum in Biblio-
heca Patrum tomo 6. edit. 2. ex qua caput 29. &
o. omninò expungenda eſſent, vel cautiſſimè le-
enda.



Digitized by Google

Denique præter alia multa ſcripſit *de proceſſ[...] Spiritus ſancti contra Latinos*, ubi ſe hoſtem Eccl[...] apertè demonſtrat. Sed hunc librum impreſſ[...] non vidi.

## *De Gregorio Ariminenſi.* 1350.

Gregorius Ariminenſis, æqualis fuit Thom[...] Argentinenſis, & ejuſdem Ordinis S. Auguſtini Prior generalis.

Scripſit *Commentarium in primum & ſecundum librum Magiſtri ſententiarum.*

Scripſit etiam *in epiſtolas ſancti Pauli*, & *in epiſtolam ſancti Jacobi.*

## *De Richardo Armachano.* 1350.

Richardus Radulphus, Archiepiſcopus Armachanus vixit tempore Innocentii VI. Pontificis, & obiit anno 1359.

Scripſit *libros novendecim adverſus errores Armenorum.*

Scripſit etiam *librum adverſus Religioſos Mendicantes pro Parochis*: dicitur etiam ſcripſiſſe *in libros quatuor ſententiarum*: nec non *libros de paupertate*, & *de intentionibus Judæorum*, & *ſermones aliquot.*

### Obſervatio.

Hic auctor cautè valdè legendus eſt, præſertim lib. 10. contra Armenos cap. 4. & cap. 23. & 24. & lib. 11. cap. 4. & ſermone primo, & 4. in quibus locis multos errores habet de poteſtate Presbyterorum de paupertate Chriſti, & de ſtatu Religioſorum Mendicantium: conſulat lector Thomam Valdenſem, qui errores Armachani, & Jo. Wiclefi, qui ab Armachano aliqua accepit, diligenter refutat: conſulat etiam, ſi placet, quæ nos ſcripſimus libro de Monachis cap. 45. & 46.

Digitized by Google

*De Franciſco Petrarcha.* 1350.

Ranciſcus Petrarcha, patria Florentinus, Archidiaconus Parmenſis, & Canonicus Patavi-, luſit aliquando elegantiſſimis verſibus Italicis res ſuos erga Lauram, ſeu veros, ſeu confictos aberet materiam exercendæ Muſæ; ſed pœniia ductus, & tempus in cantiunculis illis conptum deflevit, & in ſolitudine poſitus vitam iſtiano, & pio homine dignam egit, & multa ra gravia, atque utilia ſcripſit, ac tandem piè, ctèque obiit anno Domini 1374. ætatis ſuæ. 70. jus opera quatuor tomis continentur.

In primo tomo hæc habentur.

*remediis utriuſque fortunæ, lib.* 2. *De vita ſolitaria* 2.

*Otio Religioſorum* 2. *De vera ſapientia dialogi* 2. *contemptu mundi dialogi* 3. *Septem Pſalmi pœnitentiales ad imitationem Davidis. De Rep. optime adminiſtranda lib.* 1. *De officio, & virtutibus Imperatoris. lib.* 1.

*rum memorabilium, lib:* 4. *Epitome vitarum virorum Illuſtrium. De pacificanda Italia Exhortatio.*

*veteres Rom. Reip. defenſores Oratio.*

*libertate capeſſenda hortatoria Oratio ad Nicolaum Laurentium. De obedientia, & fide uxoria.*

*Avaritia vitanda. Itinerarium Syriacum.*

In tomo ſecundo hæc ſunt.

*piſtolarum familiarium, lib.* 8. *Epiſtolarum ad quoſdam ex veteribus illuſtriores* 1. *Epiſtolarum ſine titulo.* 1.

*piſtolarum de rebus ſenilibus* 16. *Epiſtolarum variarum.* 1.

*e ſui ipſius, & multorum ignorantia.* 1.

*Galli anonymi in Petrarcham invectiva.*
*Apologia Petrarchæ contra Gallum.*
*In Medicum quendam invectivarum, lib.* 4

In tertio tomo ſunt.

*Epiſtolæ octo de Laurea ſumenda.*
*Privilegium receptæ Laureæ. Eglogæ duodecim*
*Africæ, ſive de bello punico carminum, lib.* 9.
*Epiſtolarum carmine ſcriptarum.* 3
*Teſtamentum Petrarchæ.*

In quarto tomo ſunt *carmina Italia.*

## *De Nicolao Gorram.* 1350.

NIcolaus de Gorram natione Gallus, Ordinis Prædicatorum vivebat anno Domini 1350. Scripſit *Commentaria in Pentateuchum.*
*In Pſalmos. In Cantica. In Eccleſiaſten. In Eccleſiaſticum.*
Item *in Hieremiam. In Evangelia. In Epiſtolas ſancti Pauli.*
*In Epiſtolas Canonicas. In Apocalypſim.*
Denique etiam *in libros Sententiarum Magiſtri.*

## *De Alphonſo Vargas.* 1359.

ALphonſus Vargas Hiſpanus, Archiepiſcopus Hiſpalenſis, obiit anno 1359. Scripſit *in primum Sententiarum*, & *in libros de Anima*; quæ impreſſa ſunt Venetiis anno 1566.

## *De Joanne Taulero.* 1350.

JOannes Taulerus, natione Germanus, Ordinis S. Dominici, concionator inſignis, & piiſſimus ſcripſit.
*Sermones de perfectione vitæ interioris.*
*Tractatus de virtutibus. Epiſtolas ad diverſos.*
*Cantica ſpiritualia.*

Digitized by Google

*... novem gradibus Chriſtianæ perfectionis.*
*...eculum, & exemplar Domini noſtri Jeſu Chriſti.*
*...xercitia de vita & paſſione Chriſti.*
...ixit circa annos Domini 1350.
...ujus opera adhuc brevi recuſa ſunt Coloniæ
D. Quentelium.
...orrò hunc virum, ut ſuſpectum circa fidem
...tempſit Joannes Eckius; ſed egregiè eum de-
...dit Ludovicus Bloſius.

### *De Manuële Caleca.* 1375.

M Anuel Caleca Græcus, vir doctus ſcripſit *li-brum contra errores Græcorum pro Latinis*, ...m vertit in Latinum idioma Ambroſius Ca-...dulenſis, juſſu Martini V. Pontificis: & eum ...ibros quatuor partitus eſt. Vixiſſe videtur hic ...tor poſt ſchiſma Urbani VI. & Clementis VII. ...ante ſchiſma Eugenii IV. & Felicis V. nam li-... 4. ſui operis ſcribit, Romanam Eccleſiam ſuo ...npore gubernatam fuiſſe à duobus Pontificibus ...bi videtur loqui de ſchiſmate illo diuturno Ur-...ni VI. & Clementis VII. ſiquidem in eodem li-... meminit Concilii Lugdunenſis ſub Gregorio ... à tempore autem illius Concilii non fuit ſchiſ-...a celebre, niſi ſchiſma Urbani, & Clementis; ...od enim excitavit Ludovicus Imper. inter Joan-...m XXI. & Nicolaum V. breviſſimum fuit. Ita-...e falſum eſt, quod quidam dicunt interfuiſſe ...alecam in Concilio ſub Gregorio X.

### *De Henrico de Haſſia.* 1380.

H Enricus de Haſſia Cartuſianus ſcripſit: *In Magiſtrum ſententiarum,*
*In Geneſim. In Exodum. In Proverbia Salomonis.*
*...n Apocayplipſim S. Joannis. Dialogum inter Epiſco-pum, & presbyterum. Sermones varios. Regulas*

Digitized by Google

*ad diſcernendum peccatum lethale à veniali.*

De obitu ejus variant ſcriptores. Alii vo[lunt] obiiſſe anno 1317. alii 1397. alii 1428.

*De Joanne Rusbrochio.* 1380.

JOannes Rusbrochius, natione Belga, Pri[or] Monaſterii Vallis Viridis, vir divinæ contemplationi addictiſſimus, ſcripſit *lingua ſua patria varia opera*, quæ in Latinam linguam conver[ſa] edita ſunt Coloniæ anno Domini 1552. Et recuſa non ita prid. per D. Quentelium.

Sunt autem hæc.

*Summa totius vitæ ſpiritualis. Speculum ſalutis æternæ.*

*Commentaria in tabernaculum Moyſis. Tractatus de præcipuis virtutibus. Liber de fide, & Judicio. De quatuor tentationibus. De ſeptem cuſtodiis. De ſeptem gradibus amoris. De nuptiis ſpiritualibus, lib. 3.*

Vivebat hic auctor anno Domini 1390.

Hunc etiam Doctorem carpſit Jo. Gerſon, & defendit Dionyſius Cartuſianus. Id enim accidere ſolet iis, qui ſcribunt de myſtica Theologia, ut eorum dicta ab aliis reprehendantur, ab aliis laudentur, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur.

*De Marſilio ab Ingen.* 1390.

MArſilius ab Ingen obiit anno Domini 1396. Sepultus in templo Suburbano S. Petri Hiedelbergæ. Scripſit autem *commentaria in quatuor libros ſententiarum* non inutilia, & in Academia Hiedelbergenſi Doctor & Rector fuit anno 1387.

Digitized by Google

*De Baldo.* 1390.

Baldus Ubaldus, natione Italus patria Peruſinus, celeberrimus Jureconſultus, ac Bartoli dam auditor.

ripſit præter ea, quæ ad jus civile pertinent, mentaria in libros Decretalium.

Obiit anno Domini 1420.

# CULUM DECIMUM QUINTUM

## Ab Anno 1400. ad 1500.

*De Petro Ancharano.* 1410.

PEtrus de Ancharano Bononienſis Baldi auditor floruit anno 1410. Scripſit *in libros Decretales; & in Clementinas, & Concilia.*

*De Antonio de Butrio.* 1410.

ANtonius de Butrio Bononienſis, æqualis Petro de Ancharano. Scripſit *in Decretales, & mentinas, & Repertorium Juris Canonici.*

*De Joanne Capreolo.* 1410.

JOannes Capreolus, Toloſanus Ordinis Prædicatorum, S. Thomæ doctrinæ defenſor egregius. Scripſit *Commentaria in quatuor libros agiſtri ſententiarum*, in quibus S. Thomæ doctrina ex ipſo S. Thoma explicat, & objectiones rum, qui illam oppugnarunt optimè diſſolvit. ivebat anno Domini 1410.

*De ſancto Vincentio.* 1410.

SAnctus Vincentius Ferrerius Valentinus Ordinis Prædicatorum, vir Apoſtolicus, obiit an-

Digitized by Google

no Domini 1418. prædicavit multis in locis
bum Dei cum ſumma utilitate populorum,
cooperante, & ſermones ejus confirmante ſeq
tibus ſignis. Extant ſub ejus nomine tres tom
liſſimarum concionum: quæ etſi fortè ab ej
cipulis ſcriptæ ſint: tamen doctrinam ejus
tinent.

Scripſit ipſe *tractatum de vita ſpirituali*, brev
ſed plenum optima inſtitutione.

Scripſit etiam *epiſtolas varias*.

In Catalogum Sanctorum relatus eſt à Calliſ
tertio ſummo Pontifice.

*De Franciſco Zabarella.* 1410.

Franciſcus Zabarella, patria Patavinus Archi
piſcopus Florentiæ, & Cardinalis creatus
Joanne XXIII. Papa. Obiit anno 1417.

Scripſit *in Decretales*, & *in Clementinas*.

Scripſit etiam *Concilia*, & *repetitiones* varias.

Necnon *de horis Canonicis*.

Sed occaſione longiſſimi ſchiſmatis, ſcripſ
etiam librum de ſchiſmate, in quo ſunt aliqua cor
rigenda: quare in Indice librorum prohibitorum
liber ejus de ſchiſmate cum præfationibus, Ar
gentinæ impreſſus ab hæreticis, prohibitus eſt, do
nec corrigatur.

*De Petro ab Alliaco.* 1410

Petrus ab Alliaco Archiepiſcopus Cameracen
& Cardinalis, creatus à Joanne XXIII. an
1411. Obiit ſub Martino V. anno 1426.

Scripſit *in quatuor libros Sententiarum*.

Item *de laude Scripturæ*, & *Eccleſiæ ſtabilita*
*Quæſtiones in Exameron. Paraphraſim in Pſalm*
*Meditationes in Pſalmum 30. & 41. In prin*
*pium Evangelii ſecundum Marcum. In Oration*

Digitized by Google

*inicam, & Salutationem Angelicam. In Can- B. Mariæ, & Zachariæ, & Simeonis. Spe- m conſiderationis. Compendium contemplatio- De ſpirituali ſcala. De Sacramentis. De le- ıs, & ſectis. De electione ſummi Pontificis. exercitio ſpirituali. De Concilio Generali. De- decim honoribus ſancti Joſeph. Sermones, & tolas. De concordia Theologiæ, cum Aſtrologia hiſtoria. De anima, & accidentibus ejus. ˡiones in ſphæram Jo. de Sacroboſco. Tractatum libros Meteororum.*

ripſit quoque *vitam ſancti Petri Cæleſtini*, ter, & piè, & renunciationem Pontificatus ſo factam laudat, & defendit contra detracto- Neque verum eſt, quod aliqui dicunt, hanc n non eſſe ſcriptam à Petro de Alliaco Ar- ɔiscopo, & Cardinali, ſed à quodam alio Pe- ꟷe Aliaco Gymnaſii Navarrici Archididaſcalo. inquam, non eſſe verum, perſpicuè conſtat ræfatione ad ipſam vitam, ubi ſe auctor Epiſ- ım nominat. Unum eſt, in quo reprehenditur auctor, quod videlicet ſenſiſſe videatur, Chri- Nativitatem prænoſci potuiſſe ex genethliacis ɜrvationibus, atque ad hoc adduxerit apparitio- ı ſtellæ, quæ apparuit Magis, de qua re vide ːum Senenſem lib. 5. Bibliothecę ſanctæ, an- atione 15. & 81. & lib. 6. annotat. 10.

### *De Joanne Gerſone.* 1420.

Oannes Gerſon Gallus, Monachus Cæleſtinus, Cancellarius Pariſienſis, vir doctus, & pius, obiit anno Domini 1429. *multa opera* ſcripſit. æ tribus tomis edita ſunt Argentorati anno 1488. ıibus addita eſt quarta pars. Sed quia, ut pluri- um, opuſcula ſunt parva, & in maximo nu- ıero, piguit ea deſcribere. Tribui ſolet huic au- ːori præclariſſimum opuſculum de imitatione



Digitized by Google

Chriſti, quatuor libris diſtinctum. Sed quia numeratur inter opera Gerſonis, nec in Cat quem ſcripſit frater ipſius Gerſonis, nec in e editis Argentorati; merito dubitatum eſt, an ſit Gerſonis. Imò communiter jam illud op ſcribitur Thomæ de Kempis, viro admodum Sed nec inter hujus opera numeratur, ut p poſt videbimus. Itaque valde probabile eſt au rem illius opuſculi eſſe Joannem quemdam A batem de Gerſen, ſive de Geſſen, ut habet *inſcri* tio vetuſtiſſima hujus libri, in codice manuſcrip qui aſſervatur in Monaſterio Aronenſi, quod olim fuit Monachorum ſancti Benedicti, & nunc domus Novitiorum Societatis Jeſu. Et hinc app ret, hoc opus tributum fuiſſe Joanni Gerſoni pr ter ſimilitudinem nominis; quia verus auctor e Joannes de Gerſen: & tamen quia non inv batur hoc opus inter opera Joannis Gerſonis Can- cellarii Pariſienſis, tributum fuiſſe Thomæ de Kem pis ob ſimilitudinem aliquam ſtyli, quamvis, ne que inter opuſcula ejuſdem Thomæ inveniatur. His accedit quod ſanctus Bonaventura, qui fu ducentis circiter annis antiquior Joanne Gerſon & thoma de Kempis, citat ex hoc auctore parte capitis ultimi libri primi ad verbum, & dicit il eſſe verba devoti cujuſdem libelli de imitatio Chriſti. Vide in tomo ſecundo opuſculorum ſa Bonaventuræ Collationis ſeptimæ ex lib. colla num habitarum in conventu Tholoſano. Sed cu cunque ſit, opuſculum eſt utiliſſimum, & jure tota Eccleſia ſummo omnium conſenſu receptu & frequentatum, & in omnes linguas converſu Ego certe ab adoleſcentia, & uſque in ſenectu hoc opuſculum ſepiſſimè volui, & revolui, & ſe per mihi novum apparuit, & nunc etiam mirific cordi meo ſapit.

Digitized by Google

teàquam hæc ſcripſeram, incidit in manus præfatio Henrici Sommalii in libros de imiɩe Chriſti editos Romæ, anno 1610. in qua tione affirmat idem Henricus inveniſſe ſe hos ; , manu ipſius Thomæ de Kempis conſcripɩ Bibliotheca Canonicorum regularium ſancti ini apud Lovanium. Et quoniam magni faeſtimonium Henrici Sommalii, qui & Ordiɩei eſt notæ probitatis & doctrinæ, nec tamen o ſuperiorem conjecturam prorſus rejicere: cò rem in medio pono, & lectori judicium quo.

## *De Thoma Valdenſi.* 1420.

Homas Valdenſis, Anglus, Ordinis Carmelitarum Prior Provincialis, floruit tempore tini V. Pontificis, cui opus ſuum dedicavit, biit Rothomagi in Gallia, anno 1430.

cripſit *opus* egregium, quod inſcripſit *Doctrifidei antiquæ*, tribus tomis diſtinctum.

*ı primo tomo* diſputatur contra hæreticos Wiitas, & Huſſitas de Deo, de Chriſto, de Petro, Eccleſia, de Religioſis.

*n ſecundo* de Sacramentis, contra eoſdem.

*n tertio* de Sacramentalibus, contra eoſdem.

Dicitur etiam ſcripſiſſe *in multos libros divinæ ipturæ*, & *in Magiſtrum ſententiarum Commen-a*, & *varios tractatus*: ſed ego non vidi, niſi ɩos illos tres doctrinales fidei antiquæ, nec ſcio alia extent typis excuſa.

## *De Auguſtino de Roma.* 1330.

Uguſtinus de Roma, Epiſcopus Nazarenus, Ordinis ſancti Auguſtini, ſcripſit.

*primum librum ſententiarum.* Item *in omnes epiſtolas ſancti Pauli. In epiſtolas canonicas. In Apocalypſim.*



Digitized by Google

Scripſit etiam *de peccato originali. De libero arbi-trio.*

*De poteſtate Papæ. De Sacramento divinitatis Chriſti, & Eccleſiæ. De Chriſto capite, & inclyto principatu.*

*De charitate Chriſti circa electos, & de ejus infinito amore.*

Sed hæc tria opera prohibita inveniuntur in Indice librorum prohibitorum, donec expurgentur. Obiit anno Domini 1445.

## *De Joanne de Imola.* 1430.

JOannes de Imola Jureconſultus celebris, ſcripſit *ſuper tres libros Decretalium: ſuper ſextum* & *Clementinas.* Obiit anno Domini 1436.

## *De Paulo Burgenſi.* 1430.

PAulus de ſancta Maria, relicta Judaica ſecta, in qua natus erat, Epiſcopus Burgenſis creatus, ſcripſit *additiones ad Poſtillam Nicolai Lirani* quæ extant in ipſo Lirano. Scripſit etiam *ſcrutinium ſcripturarum libris duobus*, vivebat anno 1430.

## *De Joanne Archidiacono.* 1430.

JOannes de Anania, Archidiaconus Bononienſis, ſcripſit *Commentaria in Decretales.* Scripſit etiam *volumen Conciliorum.* Obiit anno Domini 1455.

## *De Joanne Raguſæo.* 1438.

JOannes Raguſæus Ord. Prædicatorum in Basileenſi Concilio *orationem* habuit doctiſſimam per octo dies *de communione ſub utraque ſpecie contra Huſſitas*, quæ extat apud Henricum Caniſium tomo tertio antiquæ lectionis, ubi etiam multa habentur alia de hæreſibus Boëmorum.

Digitized by Google

## *De Henrico Kalteiſen.*

[Enricus Kalteïſen Ordinis S. Dominici, in eodem Concilio Baſileenſi diſputavit *contra ſſitas de libera prædicatione Verbi Dei*, per tres s: & diſputatio, ſive oratio extat apud Henri- n Caniſium tomo 4. part, 2. antiquæ lectionis.

## *De ſancto Bernardino Senenſi.* 1438.

Anctus Bernardinus patria Senenſis, profeſſione Franciſcanus, vir doctrina, & miraculis clarus iverſam Italiam ſacris Concionibus illuſtravit. Obiit Aquilæ, ubi corpus ejus integrum inviſi-, anno Domini 1443. & à Nicolao quinto ſum- Pontifice in ſanctos relatus eſt anno 1450.

Scripſit *ſermones de tempore.*

*rmones de ſanctis. Sermones contra Judæos.*

:ripſit etiam *in Apocalypſim. De Evangelio æterno e Chriſtiana Religione. De Conceptione B. Mariæ Virginis.*

*e paſſione Domini. De virtutibus & vitiis. De fructibus Eleëmoſynæ. De triplici ſtatu animæ. De triplici amore Magorum. De ſacrificio Abraham. De veritate.*

*e amore Dei, & animæ. De Spiritu ſancto. De caſibus proprietatis. Officium nominis Jeſu. De mundana proſperitate. De Paſtorali gubernatione. De ſancto Joſeph ſponſo Virginis. De circumſtantiis nationum. De divino amore.*

*De triplici Chriſti nativitate. De tribus tormentis peccatorum. De obedientia. Defenſorium veritatis.*

## *De Joanne de Polemar.* 1438.

JOannes de Polemar Archidiaconus Barchinonenſis, in eodem Concilio Baſileënſi oravit per tres dies *contra Huſſitas de civili dominio*



Digitized by Google

*Clericorum:* oratio extat apud Henricum Ca
tomo 4. part. 2. antiquæ lectionis.

### *De B. Joanne Capiſtrano.* 1440.

B. Joannes de Capiſtrano, natione Italus Minorum ſancti Bernardini amiciſſimus boribus maximis pro Eccleſia perfunctus ob no Domini 1456.

Scripſit *de dignitate Eccleſiaſtica ad Nicol Papam.*
*De illuſtranda conſcientia. De cenſuris. D Inferni, & Purgatorii. De pœnis inf De reſtitutione, & contractibus. De Ma De Conceptione Beatæ Virginis. De Iudici verſali, & Antichriſto,*
*De poteſtate Papæ, & Concilii. De auctoritate co cilii, ſive Eccleſiæ. Speculum Clericorum. D cupiditate. De Paſſione Domini. Contra Hu Adverſus Ioannem Rocheſanum, hæreticum tam.*
Scripſit denique *Epiſtolas ad varios.*

### *De Alphonſo Toſtato.* 1440.

ALphonſus Toſtatus natione Hiſpanus Epiſco pus Abulenſis, vir ſanctitate, & doctrina ce leberrimus: vixit tempore Eugenii quarti Pontifi cis, circa annum Domini milleſimum quadragen teſimum quadrageſimum.

Scripſit *Commentaria* copioſiſſima *in Pentat chum, in Ioſue, Iudices & Ruth*: necnon *in lib Regum,* & *Paralipomenon,* & *in Evangelium ſa Matthæi*, in quibus Commentariis diſſolvit qu ſtiones innumerabiles, ut merito de eo ſcriptum ſit, Hic ſtupor eſt mundi, qui ſcibile diſcutit om ne, & quod magis eſt admirandum, tanta ſcripſit breviſſimo tempore, cum non vixerit niſi annos quadraginta. Neque ſolum Commentaria illa ſcrip

Digitized by Google

d etiam opuſcula plurima, è quibus extant.
*fenſorium trium concluſionum.*
*ber de ſancta Trinitate.*
*ber contra Sacerdotes concubinarios.*
*radoxa. Explicatio verborum Iſaiæ, Ecce Vir- ſcipiet.*
*ber de ſtatu animarum poſt mortem.*
*ber de optima politica.*

ajus opera omnia demùm Coloniæ apud D. D. onium Hierat, & Joannem Gymnicum ſunt ſa 1612. Obſervandum eſt defenſorium eſſe legendum in ſecunda parte cap. 30. & cap. & 69. & ſequentibus multis, ubi de ſummo ifice diſputatur.

*De Blondo Hiſtorico.* 1440.

Lavius Blondus patria Forolivienſis, à ſecretis uit Eugenio quarto ſummo Pontifici; & ſcrip- *iſtoriam Romanam*, in qua multa Eccleſiaſtica inentur, *ab inclinatione Imperii uſque ad ſua bora*, id eſt; *ab anno Domini* 407. *uſque ad an-* 1400.

*De Nicolao Panormitano.* 1440.

Icolaus Teduſcus, natione Siculus, patria Catanenſis, Ord. ſancti Benedicti, Abbas, & ea Archiepiſcopus Panormitanus; ac demum R. E. Cardinalis creatus, ſed in ſchiſmate à ice quinto Antipapa. Vir fuit Juris Canonici tiſſimus, & plurima ſcripſit, quæ tomis octo nprehenduntur in editione Veneta anni 1592.
*n primo, & ſecundo tomo* habentur *Commenta- in primum librum Decretalium.*
*n tertio quarto, & quinto tomo* habentur *Com- ntaria in ſecundum librum Decretalium.*
*In ſexto tomo* habentur *Commentaria in tertium cretalium.*

Digitized by Google

*In ſeptimo tomo* habentur *Commentaria in* [...] *tum*, *& quintum Decretalium* : & *in epiſtol*[...] *mentinas*.

*In octavo tomo* habentur *Concilia* 226. [...] *nes ſeptem*.

Item *Relectio in cap. Per tuas*, *de Arbitri*[...]

Item *Practica ejuſdem*.

Dicitur etiam ſcripſiſſe *Commentarium in*[...] *tum in Decretum* ; ſed neſcio, an extet. Dic[...] etiam ſcripſiſſe *librum pro Concilio Baſileenſi*, [...] hunc librum ut in mala cauſa ſcriptum, & proi[...] de erroneum, credibile eſt ex ejus operibus abo[...] ſum fuiſſe. Ego certè inter ejus opera variaru[...] editionum eum nuſquam reperi. Quamvis aut[...] hic auctor ſederit in Concilio Baſileënſi, eo [...] quo tempore Concilium acephalum, & ſchiſma[...] cum erat : tamen in eo benè ſe geſſit, quod i[...] troducentibus in Concilium multitudinem Presby[...] terorum, ob defectum Epiſcoporum, liberrimè con[...] tradixit : ut teſtatur Ænæas Sylvius qui præſens aderat, in hiſtoria Concilii Baſileënſis, Scieba[...] enim, & docebat, in Conciliis, præſertim genera[...] libus, locum non eſſe ſimplicibus Presbyteris, qu[...] ad votum deciſivum, niſi locum tenerent abſen[...] tium Epiſcoporum. Obiit Nicolaus, *Abbas Panor*[...] mitanus anno 1445.

## *De ſancto Antonino Florentino.* 1445.

SAnctus Antoninus, patria Florentinus, Or[...] Prædicatorum, ac poſtea Florentiæ Archiep[...] copus, vir doctiſſimus, & ſanctiſſimus, obiit an[...] Domini 1459. ætatis ſeptuageſimo, quem in ſanct[...] rum Catalogum retulit Adrianus VI. Pontifex.

Scripſit *ſummam hiſtorialem in tres partes di*[...] *ſam*.

*Summam Theologicam, in quatuor partes diviſa*[...]

Digitized by Google

*brum de eruditione* Confeſſorum, qui dicitur, erunt, quia incipit, Defecerunt ſcrutinio. citur etiam ſcripſiſſe *Trialogum de Chriſto, & us diſcipulis euntibus in Emmaus*, in quo ex-ntur omnia, quæ de vita, morte, & reſurrec- Domini prædicta ſunt.

## *De Æneа Sylvio* 1450.

Næas Sylvius, patria Senenſis, vir doctus, prudens, & magni animi, ac primum à ſe-s Imperatoris deinde Epiſcopus Senenſis, tum linalis, denique ſummus Pontifex Pius ſecun- dum expeditionem magnam adverſus Turcas iſtiani nominis hoſtes moliretur, obiit anno nini 1464.

cripſit *de rebus Eccleſiaſticis contra Thaboritas um unum.*

*Id Nicolaum de Cuſa, lib.* 1.

*De fide ad Imperatorem Turcarum.*

*De hiſtoria Bohemorum. De clade Conſtantinopo-na.*

*De clade univerſalis Eccleſiæ.*

*De conventu Mantuantino, Orationem.* 1.

*Ad Caliſtum Papam, Oratio.* 1.

*Ad Cardinales Oratio.* 1.

*cadum Blondi Epitomen. Epiſtolas multas.*

*De Concilio Baſileënſi, libros duos. Retractationem.*

*Commentaria de rebus à ſe geſtis.*

*Reſponſionem ad Martinum Mejer pro Eccleſia omana.*

Scripſit præterea *multa ad humanitatem, ad poë-m, ad Corographiam pertinentia.*

### Obſervatio prima.

Quæ ſcripſit Æneas pro Concilio Baſileënſi, ùm juvenis eſſet, retractavit ſenex, & Pontifex

Digitized by Google

Maximus, & quamvis libri illi de Concilio Baſileënſi merito prohibiti ſint ab Eccleſia Catholica, tamen hæretici Baſileënſes, qui nuper eoſdem libros recuderunt, non tam Eccleſiæ Catholicæ quàm cauſæ ſuæ detrimentum attulerunt. Sed idem ex hiſtoria illa Æneę Sylvii de Concilio Baſileënſi, apparet illud Concilium initio *fuiſſe* legitimum: ſed ubi verum Pontificem Eugenium quartum deponere aggreſſi ſunt Patres illi, jam non habuiſſe formam veri Concilii, non ſolum, *quòd* acephalum eſſet, ſed etiam quòd contra *formam* omnium veterum Conciliorum plures eſſent in eo Conventu Presbyteri cum voce deciſiva, quàm Epiſcopi, notiſſimum enim eſt, Concilia generalia, ut etiam provincialia, Epiſcoporum eſſe, non minorum Sacerdotum: ſic enim legimus in Concilio Calcedonenſi actione prima, Mitte foras ſuperfluos Concilium Epiſcoporum eſt. Vide, ſi placet, quæ ſcripſimus libro 3. de Eccleſia cap. 16.

## Obſervatio ſecunda.

Extant Commentaria de rebus geſtis Pii ſecundi ſub nomine Joannis Gobellini, ſed dubium eſt, an illud opus ſit ipſius Pii Pontificis, an *vero ejus* ſub cujus nomine prodiit: extant enim manuſcripta commentaria eadem ſub nomine Pii ſecundi, & ſtylus videtur eſſe idem in hoc opere, & in aliis ejuſdem auctoris, ſed res non eſt magni momenti.

## *De Andrea Barbatio.* 1460.

ANdreas Barbatius Siculus, floruit anno 1460. Scripſit *in Decretales.*

Scripſit etiam *de Cardinalium præſtantia.*

Scripſit quoque *varia conſilia.*

Digitized by Google

*De Laonico Chalcondyla.* 1460.

Aonicus Chalcondyla Athenienſis, ſcripſit *hiſtoriam libris decem de origine, & rebus geſtis* [..]*arum uſque ad ſua tempora*, id eſt, *ad annum* [..]*mini* 1462. cui hiſtoriæ adjecta eſt appendix qua [..]tinuatur hiſtoria uſque ad annum Domini 1565. [..]c auctorem ponimus inter Eccleſiaſticos, quo[..]n ejus hiſtoria plurima continet ad res Chri[..]nas pertinentia.

[Q]uia tamen hic auctor ab hæretico homine la[..]ate donatus eſt, & annotationibus in margine [..]tis auctus in Indice librorum prohibitorum, [..] lectio interdicta invenitur. Ipſe etiam Laoni[..] non caret narrationibus falſis, quas temerè [..]didit rerum noſtrarum ignarus.

*De Joanne Baſſolio.* 1460.

[J]Oannes Baſſolius Ord. Minorum, ſcripſit *in quatuor libros ſententiarum* non contemnenda *Commentaria.* Vivebat anno Domini 1466.

*De B. Laurentio Juſtiniano.* 1440.

BEatus Laurentius Juſtinianus, patria Venetus, ac primum Canonicus Regularis, deinde Epiſ[co]pus Venetiarum, poſtremo primus ejuſdem Ur[bi]s Patriarcha, floruit doctrina, ſanctitate, & mi[ra]culis temporibus Eugenii quarti, & Nicolai [qu]inti. Pontificum Romanorum, circa annum Do[m]ini 1440. Obiit anno 1445.

Scripſit *volumina quindecim*, quorum hi ſunt ti[tu]li:

[L]*ignum vitæ. De diſciplina Monaſtica. De connubio Verbi, & Animæ. De humilitate. De ſpirituali interitu animæ.*

[D]*e triumphali agone Chriſti. De interiori conflictu.*

Digitized by Google

*De complanctu Eccleſiæ. De corpore, & ſa Chriſti.*
*De vita ſolitaria. De contemptu mundi. De ſe Domini in cœna. De officio Paſtorali. De ob tia. De gradibus perfectionis.*

Scripſit præterea *ſermones quadraginta.* Ob no ætatis 74. Epiſcopatus viceſimo quarto quinque annis ultimis fuit etiam Patriarcha.

## *De Joanne de Turrecremata.* 1440.

JOannes de Turrecremata, natione Hiſpan Ord. Prædicatorum Cardinalis presbyter ſan Sixti ab Eugenio quarto creatus, poſtea Ep copus Cardinalis Sabinus Theologus, & Jurec ſultus eximius, obiit anno Domini 1468. ætatis major.

Scripſit *ſummam de Eccleſia, quatuor libris.*

*Apparatum ſuper Decretum Eugenii quarti de unione Græcorum cum Latinis.*

*Commentaria in Decretum Gratiani.*
*In Pſalterium. In Evangelia Dominicalia.*
*In Evangelia de ſanctis. De corpore Chriſti contra Bohemos.*
*De ſalute animæ. De aqua benedicta.*
*De Conceptione B. Virginis. In Regulam ſancti* Be*nedicti.*
*Meditationes de vita Chriſti.*

## *De Matthæo Palmerio.* 1440.

